

АМОН  
—  
||.

314.ig. jegyzék  
"Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"  
9.cím: 12716, 13268, 13269, 13271 sign.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"  
/314.ig.j./

12.716

12.716 Szabó - 730-2

King had im Anfang sich no konsultirten  
schreicht und recht wünterisch erzeigen/  
mit vnbekändigem Connenschein; Die  
Otern werden hoffentlich erschöpftcher  
seyn, daß man mit den 2. Kindern nach  
Emahus wird können spazieren/ hat aber kei-  
nen helland. Der April wird von seiner  
gewöhnlichem snart nicht herrenkommen  
vern fast alle und jede Woche seine April-  
liche Züsse merzen lassen. Quib Prings  
stens seists schmäle lustt dorier und frucht-  
baren Regen. Aber bald in der Pfingst-  
woche bis zum Michaeli besorge ruhe  
Wind/ frische Nügen und Schlosen;  
Gott behütte vor morgenreissen. Von  
dannen tif si Johanne/ wollen du eine  
sufficenden Appeten auf ein Brötling einen

12. b. Agnus  $\frac{1}{2}$  ● tage/  $\frac{1}{2}$   
\* Dom falschen Propheten / Matth: 7.  
13. c. 8. ● in. D. Donner/  $\frac{1}{2}$  8. 4. J.  
19. d. Mariana  $\frac{1}{2}$  große  $\frac{1}{2}$  9. Cyrill,  
20. e. Elias ( $\square$ ) 24. o. hirs/  $\frac{1}{2}$  10. Israel  
21. f. Dror: X o. h. Q. gefähr-  $\frac{1}{2}$  11. Leon  
2. 2. gyna. Nag.  $\frac{1}{2}$  liebe has  $\frac{1}{2}$  12. Henric  
23. a. Q. in.  $\frac{1}{2}$  Lindstr. an.  $\frac{1}{2}$  3. 1. 1. 1.  
24. b. Christus:  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$  getreter/  $\frac{1}{2}$  14. Bonco

\* Dom ungerechten Haushalter/ Luc. 16.

25. C. 9. Jacob.  $\odot$  auf. 4. X  $\frac{1}{2}$  15. T  
26. d. Anna (11. p.  $\odot$  dn: 7.  $\frac{1}{2}$  16. Wallis  
27. e. Berib. Tagli. 15. st. gur  $\frac{1}{2}$  17. Alrip  
28. f. Sigfrieds  $\frac{1}{2}$  endet wett.  $\frac{1}{2}$  18. Konig  
29. g. Mariba ter/ und rike  $\frac{1}{2}$  19. Mari  
30. a. Beatrix.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Lene  $\frac{1}{2}$  20. Pius  
31. b. Leib.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Tage.  $\frac{1}{2}$  21. Diaree

Zetosf sem die grösste Hitz:  
Brand nicht laß habn auch nicht schaß.  
N. August.

# ELEMENTA GRAMMATI CAE LATINÆ

Pro recta Institutione juven-  
tatis Scholasticæ, ex prolixioribus  
Grammaticorum præceptis, in  
breve Compendium  
contracta.

GREGORIO MOLNÁR:

Nunc noviter emissæ, & ab innumbris  
erroribus purgata.

1650.

LEÜTSCHOVIA,  
Typis & Sumptibus. Laurentij Breveri,  
1650.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"  
/314. ig. j./

AD STUDIOSOS  
Grammatices.

Huc huc Grammatices amica pubes:  
Noneales iuus author hoc libello  
Tractat res, avidus colonus affert,  
Qualesve a Calabris reportat agris.  
Aut quales Polyphemus adsodales:  
Vel quae dona suos ad hospites dat,  
Quin eorum pretiosius vel quicquam.  
Capit quam Amphitrione, durus ille  
Euristeus scapulis Olympum Atlantis  
Cum nixus, petit ex sororis Afræ  
Hortis Hesperidum ver mala poma.  
MOLNAR tale tibi tulit libello  
Munus, non lepido, tamen futurus  
Gratus: nam quid in hoc ferè volumen  
Scripsit cum Diomede Priscianus;  
Aut quod Grammaticus norat Philippus,  
Certo continet hic brevis libellus.  
Ergo Grammaticam brevem Magistri  
MOLNAR in studiofa sanè pubes,  
Hanc diseas iterumq; sepè volvax.  
Si vis Grammaticus bonus vocari,  
Huc huc Grammatices amica pubes.

CANDIDO LECTORI

Salutem.

Præcepta artis Grammaticæ à PHILIPPO piz memoriz, ex multis Grammaticis succinctè in unum corpus collecta, roti Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, utrique Belgio, majori Poloniæ & finitimis provinciis, quanto commodo fuerit, hinc liquet, quod Philosophia purior hoc aditu aperto, alpes Italiæ (ut Lipsius scribit) apparenter transcendit. Adjumento fuit, quod utriq; locorum iisdem præceptionibus juventus informata est, vel totalibus, vel in brevem Synopsin contractis. Si enim quot Scholæ extant, tot etiam extarent de puerilibus artibus libelli, infelicitè res succederet. Rectè ergo & Scholæ Patriæ nostræ iuuentis universæ, inde à temporibus GREGORII MOLNAR, in eo consenserunt & adhuc consentunt, ut ubiq; eodem tenore Donatus & hoc Compendium Philippi tyrunculis & classistis inculcarentur, donec totam Philippi in manus sumere essent idonei. Hoc autem Compendium totites editum Bibini, Clausenburgi, Bartzæ, Vienæ Austriæ in & Noribergæ, hoc peperit, ut in diversis Scholis educari pueri, in examine Etymologico vix se mutuo intelligant, hic enim abbreviatum, illic auctum, quod Anno 1596.

A 2

typis

typis Helianus prodiit, doceret. Utile ergo duximus, collatis aliquot exemplaribus unum vindicatum animia brevitate, quæ dispendium potius quam Compendium est, in gratiam Scholæ nostræ in primis, mox vicinarum, quæ admirando Dei beneficio, inter tot tantasque procellas adhuc supersunt & tollerabili ter vident, denuò emittere. Quod & præstitimus solerti quâ potuimus diligentia, quod lector candidus dijudicabit, reposuimus enim concinnâ brevitate, quæ in editionibus Bartæ, Viennæ & Noribergæ excusis valde desiderabantur, ac omnia sic disposuimus, ut vix quicquam (quo ad hoc compendium desiderari possit; interim prolixum nimis & tædiosum (ut vidies in quantitate) non egimus commentatorem. Vale lector benevole, & editionem hanc gratis tere manibus, non pœnitibit. Scripti DEBRECINE  
ANNO reparatæ salutis, 1602. Mense Julio.

PETRUS P. ALVINCII  
Enyedinus

namer  
ELE

Andreas Gintor. Anno 1. 6. 74.

## ELEMENTA

### GRAMMATICÆ.

Quid est Grammatica?

Est ars recte loquendi & scribendi.

Quot sunt partes Grammaticæ?

Quatuor:

Orthographia, versatur circa literas.

Prosodia, versatur circa syllabas.

Etymologia, versatur circa dictiones.

Syntaxis, versatur circa orationem.

Quid est Orthographia?

Est quæ docet recte scribere, ut: Deus.

Quid est Prosodia?

Quæ docet accentus & syllabarum quantitas, ut: Deus, Dius.

Quid est Etymologia?

Quæ discrimina casuum in dictiōnibus & earum proprietatiē tradit, ut: Deus, Dei, Deo.  
Lego, legis, legit.

Quid est Syntaxis?

Quæ rationem conjungendarum vocum docet, ut: Deus est justus.

### DE ORTHOGRAPHIA.

Quid docet Orthographia?

Literarum rationem.

Quot sunt Literæ?

Viginti tres: a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n,  
o, p, q, r, s, t, u, x, y, z. Sic dictæ, quia legendo  
iterantur; vel quasilineatura.

A3

Quo-

Jesu fons litterarum abne sorores Ami.

## ELEMENTA

Quomodo dividuntur literæ?

In Vocales & Consonantes.

Quot sunt Vocales?

Quinque: a, e, i, o, u. Sic dictæ quia per se vocem edant. Ex his fiunt Diphthongi,

Quot sunt Diphthongi?

Quatuor: ē, œ. Scribuntur sed non leguntur. au, eu Scribuntur & leguntur.

Quot sunt Consonantes?

Decem & septem: b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z. Sic dictæ quia sonant cum vocalibus, & perse Syllabam non faciunt.

Quomodo dividuntur Consonantes?  
In Mutas & Semi vocales.

Quot sunt Mutæ?

Novem: b, c, d, f, g, k, p, q, t. Sic dicuntur, propter sonum obiusiorem.

Quot sunt Semivocales?

Septem: l, m, n, r, s, x, z. Sic dicuntur quia ad sonum vocalium propius accedunt quam mutæ.

Quomodo dividuntur Semivocales?  
In Liquidas & Duplices.

Quot sunt Liquidae?

Quatuor: l, m, n, r. Sic dictæ, quod in brevi, syllaba nonnunquam liquefiant.

Quot sunt Duplices?

Dua: x & z. Sic dictæ, quod duarum consonantium unum obtineant.

Fiunt quoq; ex litteris Syllaba, quemadmodum ex Syllabis dictione, & ex illis deinceps oratione.

## GRAMMATICÆ.

Quid docet Prosodia?

Accentus & quantitates Syllabarum. De quibus suo loco dicetur.

## DE ETYMOLOGIA.

Quid docet Etymologia?

Proprietates dictiorum, qua partibus orationis explicantur.

Quid sunt partes orationis?

Sunt que inter se legitimè juncta sensum animi exprimunt.

Quot sunt partes orationis? Odo:

Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Coniunctio, Prepositio, & Interjectio.

Quotuplices sunt partes orationis?

Duplices: Declinabiles & Indeclinabiles.

Quot sunt Declinabiles?

Quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum & Participium. Sic dictæ, quod determinatione in terminationem cadunt.

Quot sunt Indeclinabiles?

Quatuor: Adverbium, Coniunctio, Praepositio & Interjectio. Sic dictæ, quod determinatione in terminationem non cadunt.

## DE NOMINE.

Quid est Nomen?

Est pars orationis, qua rem significat, rem agere aliquid aut pati.

Quæ dictio significat rem?

Qui legitime addi potest. A. 4.

NAME  
Grammaticis  
dicitur,  
λόγος  
ορθός.

Un-

## DENOMINE.

Quia Gram  
maticus hoc  
saltrem exa  
minat quid  
nuda vox  
significat.

Unde dicitur Nomen?  
A verbo nosco, quia est quasi imago rei, per  
quam res dignoscitur.

Quotuplex est Nomen?  
Duplex: Proprium & Appellativum.

Quid est nomen Proprium?  
Quod uni soli rei convenit, vel, quod unius  
individue substantiae habet rationem, ut: Jo-  
annes, Maria, Eurus, Caucasus, Danubius, Clau-  
senburgum, Hungaria, Transylvania.

Quot sunt species propriorum nominum?

Quatuor: Prænomen, Nomen, Cognomen &  
Agnomen.

Prænomen, quod gentilitio nomini, veteris  
ritu præponitur, ut: Publius Marcus.

Nomen, quod uni individuo proprium signi-  
ficat, ut: Ovidius, Tullius, Petrus, Paulus.

Cognomen, quod cognationi est commune.  
ut: Naso, Cicero, Scipio, Gracchus, Fabius.

Agnomen, quod ab aliquo eventu est imposi-  
tum, ut: Africanus, Germanicus.

Quid est nomen Appellativum?  
Quod multis convenit, ut: Vir, Mulier, Ven-  
eus, Fluvius, Regio, Urbs, Mons.

Quotuplex est nomen appellativum?  
Duplex: Substantivum & Adjectivum.

Quid est nomen substantivum?  
Cui addi non potest Vir, Mulier, Mancipi-  
um, ut: Homo, Equus, Lapis, Scamnum.

Quid est nomen adjectivum?  
Cui addi potest Vir, Mulier, Mancipium,

## DENOMINE.

ut: Albus, Niger. Dicimus enim, Albus Vir, al-  
ba Mulier, album Mancipium.

Quotuplex est nomen adjectivum?  
Triplex: Commune, Proprium & Ambiguū.

Commune est, quod Substantivo communiter  
aliquid tribuit, ut: Doctus, a, um,

Proprium est, quod affectionem uni tantum  
individuo adjicit, ut: Cyanea, Venus.

Ambiguū est, quod inter substantivum &  
adjectivum medium habet naturam, ut: Do-  
minus, domina, Rex, regina. Et duobus tan-  
tum generibus movetur.

Quid est motio?  
Est generis in genus, vocis in vocem mutatio.

Quot modis moventur nomina adjectiva?

Per unam tantum terminatio-  
nem, ut: Hic & hæc & hoc Felix.

Tribus modis, aut per tria genera &  
per duas terminaciones, ut: Hic  
& hæc fortis, & hoc forte. Sic mo-  
veniuntur omnia comparativa, ut: hic  
& hæc doctior, & hoc doctius.

Per tres terminaciones, ut: Hic  
bonus, hæc bona, hoc bonum.

Substantiva etiam quedam moventur, sed  
duobus duntaxat generibus, ut: Hic columbus,  
hæc columba, hic lupus, hæc lupa.

Nomini quo accident?  
Septem: Species, Comparatio, Genus, Nu-  
merus, Figura, Casus & Declinatio.

As. Quid

## DENOMINE.

Quid sunt accidentia?

Accidentia sunt requisita singularium partium orationis, juxta qua natura & proprietas omnium vocabulorum examinantur.

## I. ACCIDENTIS.

est Species,

Et sic dicitur ab inuisito verbo vnum esse cognoscitur.

Specie, id est:

repropositio,

quia primaria

originem

hoc de-

monstrat.

ut: Lapis, terra.

## S P E C I E S.

Quid est species?

Est qua nomen Primitivum aut Derivatis-

simum significat.

Quotuplicia sunt nomina à specie?

Duplicia: Primitiva & Derivativa.

Quae sunt Primitiva?

Quae ab origine aliqua priore non caduntur.

Quae sunt Derivativa?

Quae à primitivo aliquo caduntur, ut: Lapili-

lus, terrenus.

Species Derivativorum sunt:

Denominativum, quod à primitivo aliqua denotationem habet, ut: Ferreus à ferro. Ju-  
stitia à justo. Huc referuntur Patronymica, ut:  
Priamides à priamo. Similiter possessiva & gen-  
tilia, ut: Romanus, Claudiopolitanus.

Diminutivum, quod à primitivi diminuti-  
onem significat, ut: Regulus à rex, Fraterculus  
à frater. Huc refer participiale.

Verbale, quod à verbo cadit, ut: Amator, do-  
ctor, Vestimentum à vestio. Vigil à vigilo.

Adverbiale, quod ab adverbio descendit, ut:  
Crastinus à cras, hodiernus ab hodie.

COM-

## DENOMINE.

## C O M P A R A T I O.

Quid est Comparatio?

Est adjectivi variatio per gradus.

Quae nomina comparantur?

Adjectiva sola quorum significatio augeri quod signi-  
ficiat colla-  
tionem ac-  
cidentalem.

Gradus Comparationis quot sunt?

{ Positivus, ut: Doctor.

Tres: { Comparativus, ut: Doctior.

{ Superlativus, ut: Doctissimus.

Quid est Positivus?

Est prima vox adjectivi, ut: Doctor.

Quae sunt terminaciones positivae?

{ ER, { Niger, nigra, nigrum.

{ LS, { Doctor, docta, doctum.

Quinque: { IS } ut: { Fortis, forte.

{ NS, { Sapiens.

{ X, { Felix.

Quid est Comparativus?

Qui supra positivi significacionem magis si-  
gnificat, ut: Doctior.

Quae sunt terminaciones comparativae?

Duæ: { OR, Communium, id est, Masculino-  
rum & Fæmininorum.

{ US, Neuterorum.

Unde formatur Comparativus?

Si ejus Positivus fuerit secunda declinatio-  
nis, tunc formatur à Genitivo Singulari, ad-  
dendo er, ut: Doctor, doctri, doctier.

Exci.

DE NOMINE.

*Excipe composita à Dico. Volo & Facio. quæ sequuntur secundum modum, ut: Maledicus, maledicentior, maledicentissimus.*

*Si vero Positivus fuerit tertia declinationis, tunc formatur a Dativo singulari, ut: Sapientis, ti, addendo or, sit Sapientior.*

*Quid est Superlativus?*

*Qui supra Positivi significationem valde significat, ut: Doctissimus.*

*Quot sunt terminations Superlativi?*

Tres: { *rimus, à positivo desinente in er.*  
*simus, à positivo desinente in us, is, ns. x.*  
*limus, à positivo inchoante ab f, a, g, u, s.*

*Unde formatur Superlativus?*

*Superlativi desinentes in rimus, formantur à Nominativo singulari, addendo rimus, ut: Saluber, saluberrimus.*

*Desinentes in simus, formantur à Genitivo singulari, addendo s & simus, ut: Clarus, clari, clarissimus.*

*Desinentes in limus, formantur à Dativo singulari tertia declinationis, addendo mus, ut: Facilimus.*

*Quotuplex est Comparatio?*

*Triplex: Regularis, Irregularis & Defectiva.*

*Quid est Regularis Comparatio?*

*In qua gradus regulariter formantur à casu Positivi in i desinente, ut: Doctus, doctior, doctissimus.*

*Exem-*

DE NOMINE.

DE NOMINE.

*Exemplum Regularis Comparationis.*

Masculini.	Fœminini.	Neutri.
Pos. Comp. Supl.	Pos. Comp. Supl.	Pos. Comp. Sup.
er, ior, rimus.	a, ior, rima.	um, ius, rimum.
us, ior, simus.	as, ior, sima.	um, ius, simum.
is, ior, simus.	is, ior, sima.	es, ius, simum.
ns, ior, simus.	ns, ior, sima.	ns, ius, simum.
xi, ior, simus.	xi, ior, sima.	x, ius, simum.

*Quid est Irregularis Comparatio?*

*In qua gradus regulariter non formantur à casu Positivi in i desinente, ut:*

Masc. Bonus, melior, optimus.	Malus, pejor, peſimus.
Fœm. Bona, melior, optima.	Mala, pejor, peſima.
Neut. Bonum, melius, optimū	Malum, pejus, peſimū.

Masc. Magn⁹, major, maximus	Parvus, minor, minimus
Fœm. Magna, major, maxima.	Patva, minor, minima.
Neut. Magnū, majus, maximū.	Parvū, minus, minimū.

*Quid est Comparatio defectiva?*

*In qua aliquis gradum desideratur, ut:*  
*Ocius, ocissimus Hic desideratur Positivus.*  
*Inclitus, inclytissimus. Hic Comparativus.*  
*Juvenis, junior. Hic Superlativus.*

*Huc pertinent quæ comparantur adjecta particula magis, ut: Idoneus, magis idoneus. Pius, magis pius.*

GENUS.

*Quid est Genus?*

*Est discretio sexus.*

*Genera Nominum quot sunt?*

*Septem:*

III. Acci-  
dens est gé-  
nus à gene-  
rando de-  
stum, quia

*Ma-*

*ptus*

DE NOMINE.

principiū  
generatio-  
nem sexuū  
distinguit.

Másculinum, cūjus nota est articulus hic.  
Fœminum, cūjus nota est articulus hæc.  
Neutrū, cūjus articulus est hoc.  
Commune, cūjus articuli sunt hic & hæc.  
Omne, cūjus articuli sunt hic & hæc & hoc.  
Epicoenū, quod sub uno articulo & una  
terminatione duo genera complectitur, ut: hic  
passer, hæc aquila.

Dubium est, quando authores variaverunt  
de vocis alicuj genere, ut: hic dies, vel hæc dies.

Quotuplicia sunt genera?

Duplicia: Naturalia & Artificialia.

Quot sunt Naturalia?

Duo: Másculinum & Fœminum. Sic dicta,  
quod discriminem sexuum naturaliter ostendunt.

Quot sunt Artificialia?

Reliqua quinque: Sic dicta, quod artificio  
Grammaticorum sunt ad inventa.

Quo modis cognoscuntur Genera Nominum?

Tribus:

Significatione, Terminatione & Authoritate.

Quomodo cognoscuntur ex significatione?

Per Regulas Generales.

Quot sunt Regulae Generales?

Septem:

Quæ est prima Regula?

*Masculi-*  
*norum.* Virorum, Officiorum virilium, Mensium,  
Ventorum, Fluviorum, Montium, & Fontium  
nomina sunt generis Masculini, ut: Cicero,  
Consul, Aprilis, Eurus, Danubius, Cuculus,  
Frater, Avus. Illa

DE NOMINE.

Illa etiam huc pertinent, quæ conveniunt  
maribus brutorum masculini sexus, ut: Aries,  
Caper, hircus, vervex.

EXCEPTIO.

Alia, Albula, Siix, Lethe, fœminina sunt.

Quæ est secunda Regula?

Mulierum, Officiorum muliebrium, Urbium &  
arborum nomina sunt generis fœminini,  
ut: Lucretia, Nutrix, Roma, Pirus.

EXCEPTIO.

Urbium nomina ut aut um finientia, neutra  
sunt, ut: Cybinum, Tybur.

Et quæ in i desinunt pluralia masculina sunt  
ut: hi Gabii, Philippi.

Oleaster, Rubus, Dumus, masculina sunt.

Robur, Suber & Siler, neutra.

Quæ est tertia Regula?

Fructuum nomina pleraq; & vocabula ma-  
terialiter posita, neutra sunt ut: Pomum, pi-  
rum. Mus pro syllaba positum.

Praterea Verba & Adverbia loco nominis  
posita, ut: scire tuum, id est, scientia tua. Cla-  
rum mane, id est, Clara dies matutina.

EXCEPTIO.

Nux, glans, Castanea, Avellana, Ficus, fœmi-  
nina sunt. Promorbo tamen usurpatum Fi-  
cus, est masculinum.

Quæ est quarta Regula?

Quæ convenienter ac Mulieribus par-  
ter, communia generis sunt, ut: Homo, parva-  
civis.

## DE NOMINE.

civis, dux, comes, affinis, miles, cliens, infans;  
juvenis, adolescens

Quæ est quinta Regula?

Omnium. Adjectivorum trium vocum, prima vox est generis Masculini, secunda fœminini, tertia neutri, ut: hic doctus, hæc docta, hoc doctum.

Adjectivorum duarum vocum, prior vox est generis communis, posterior neutrius, ut: hic & hæc fortis, & hoc forte.

Adjectiva unius terminationi; Item. Numeralia Nomina à quatiō ad centū indeclinabili, sunt generis omnis, ut: hic & hæc & hoc Felix. Quartū, quinque, sex.

Numeralia vero declinabiliā imitantur regulas adjectivorum, ut: hic unus, hæc una, hoc unum. Hi duo, hæc duæ, hæc duo. Hi & hæc tres, & hæc tria.

Sic & à centū composita variuntur, ut: hi ducenti, hæc ducentæ, hæc duenta.

Mille, quando est adjectivum, est indeclinabile & generis omnis: Quando substantivum, est numerit tantū pluralis, & generis neutrius.

Quæ est sexta Regula?

Epicenorū. Volucrum nomina, una terminacione duō genera complectentia, sunt generis Epicani, ut: hic pavo, hæc pica, hic paser, hæc aquila.

Huc referuntur omnia nomina avium, ferarum & piscium, in quibus sexus discerni non potest, ut: hic cancer, lucius, hæc angvilla.

Terminatio articulū indicabit.

EX-

## DE NOMINE.

### EXCEPTIO.

Quorum sunt discretæ terminaciones prior terminatio est generis masculini, posterior fœminini, ut: hic Gallus, hæc gallina, hic columbus, hæc columba.

Quæ est septima Regula?

Dubij generis sunt, que ab authoribus eadem Dubiorum significatione, alio artj, alio genere usurpata sunt ut: hic vel hæc dies, hic vel hæc finis.

Quomodo cognoscuntur genera nominum ex terminacione?

Per regulas Speciales.

Da Regulas Speciales:

A, In à Latina primæ declinationis fœminina sunt, ut: hæc Mūsa, tabula, fabula.

Excipiuntur:

In à Græca primæ declinationis Masculina sunt, ut: hic Poëta, Cometa, Sophista.

In à Græca tertiae declinationis neutra sunt, ut: hoc Poëma, dogma, stigma.

In à pluralia tantum neutra sunt, ut: hæc Arma, castræ, moenia.

E, In à Latina tertia declinationis neutra sunt, ut: hoc Mare, rēte, sedile, cubile.

Excipiuntur:

In à Græca fœminina sunt, ut: hæc Pentēa coste, Parasceve, Epitome.

In à pluralia tantum fœminina sunt, ut: Litteræ, nuptiæ, nugæ.

I, In i indeclinabilia neutra sunt, ut: hoc Gumi mi, Sinapi.

B

In

## D E N O M I N E.

- I**n i pluralia tantum masculina sunt, ut: hi  
Canis, cancelli, codicilli.  
**O**, In o fientia masculina sunt, ut: hic Ser-  
mo, carbo.  
  
Excipiuntur:  
**I**ndo & go finientia hyperdissyllaba fœmini-  
na sunt, ut: dulcedo, imago.  
**D**issyllaba verò masculina sunt, ut: hic Cardo,  
ordo, ligo. Præter pondo, quod neutrum est.  
**I**n io Verbalia fœminina sunt, ut: hæc Canticum,  
oratio. His adde Caro & talio.  
**U**, In u neutræ sunt, ut: hoc Cornu, genu, veru.  
**C**, In c neutræ sunt, ut: hoc Lac, hæle.  
**A**L, In al neutræ sunt, ut: hoc animal. Sal neu-  
tro genere vulgo usurpatur. Veteres masculi-  
nom maluerunt.  
**E**L, In el neutræ sunt, ut: hoc Mel, fel.  
**I**L, In il neutræ sunt, ut: hoc Nihil. Mugil &  
Pugil masculina sunt.  
**O**L, In ol masculina sunt, ut: hic Sol.  
**U**L, In ul masculina sunt, ut: hic Consul.  
Exul, commune.  
**A**M, In am omnis generis, ut: Nequam, quod  
adjectivum est.  
**E**M, In em omnis generis, ut: Totidem. Tan-  
tundem, neutrum.  
**U**M, In um neutræ sunt, ut: Scamnum, Ioruim.  
**A**N, In an masculina sunt, ut: hic Pæan, Titan.  
**E**N, In en neutræ sunt, ut: Flumen, lumen. Ren-  
splen, lichen, lichen, hymen, peccatum, artagen:  
ma-

## D E N O M I N E.

- masculina sunt. Sunt & masculina à cano  
cōposita, ut: Fidicen, tibicen, tubicen, cornicē.  
**I**N, In in masculina sunt, ut: hic Delphin.  
**O**N, In on Græcam terminationem retinentia  
masculina sunt, ut: hic Canus, Dæmon.  
**M**utantia on in um apud Latinos, neutra  
sunt, ut: Symbolon, Idolon.  
**A**R, In ar neutræ sunt, ut: hoc Calcar, laquear.  
**E**R, Inter masculina sunt, ut: Ager. Linter, fæ-  
mininum. Spinter, neutrum.  
**V**er & ber finientia neutræ sunt, ut: hoc Ca-  
daver, uber, suber. Imber, cum compositis  
masculinum.  
**F**ructus, aut terre fætus significantia, neutræ  
sunt, ut: hoc Piper, papaver.  
**I**R, In ir masculina sunt, ut: hic Vir.  
**O**R, In or masculina sunt, ut: hic Honor, Amor,  
color. Cor, æquor, marmor, ador, neutræ  
sunt. Arbor, fæmininum.  
**U**s, In ur neutræ sunt, ut: hoc Ebur, Sulphur,  
Jecur, Vultur, turtur, surfur, masculina sunt.  
**A**s, In as Latina fœminina sunt, ut: hæc Boni-  
tas, pietas, castitas.  
**I**n as Græca declinata per antis, masculina  
sunt, ut: Gigas, gigantis.  
**I**n as Græca declinata per adis, fœminina sunt,  
ut: Ilias, iliadis.  
**A**s, assis, vas, vadis, masculina sunt. Vas, vasis,  
neutrum. Sic Fas & nefas, indeclinabilia.  
**E**s, In es crescentia in obliquis, tertiae declina-  
ma-

## D E N O M I N E.

*tionis, masculina sunt, ut: hic Pespedis,  
aries, arietis, paries, parietis.*

*In es quae producunt, ut: Merces, quies.  
Item, Segeſ, tegeſ, compes, fæminina sunt.*

*In es non crescentia. Item, Nomina quinta  
declinationis fæminina sunt, ut: hæc Fa-  
mes, fides, res. Dies & Torques dubia  
sunt. Verres masculinum.*

*Iz, In is crescentia in obliquis; Item, habentia  
literam n, aut duas consonantes, vel unam  
duplicem, ante is, masculina sunt, ut: hic  
Lapis, panis, piscis, axis. Cuspis & cassis  
pro galea, fæminina sunt.*

*In is non crescentia pleraq, fæminina sunt,  
ut: hæc Cutis, vallis, navis, messis, clavis.  
Cassis pro rete masculinum est.*

*Os, In os masculina sunt, ut: hic Honos, flos,  
lepos. Arbos, cos, dos, fæminina sunt.  
Os, oris, Os, ossis neutra sunt.*

*Us, In us secunda & quarta declinationis La-  
tina masculina sunt, ut: hic Ventus, fru-  
etus. Vulgus, pelagus, virus neutra sunt.*

*In us Græca pleraq, fæminina sunt, ut: hæc  
Papyrus, Synodus, Methodus, Periodus.*

*Similiter & latina quadam, ut: Humus, acus  
anus, domus, manus, colus, tribus, porticus.*

*In us tertiae declinationis retinentia u in o-  
bliquis, fæminina sunt, ut: Servitus, ser-  
vitus, palus, salus.*

*In us monosyllaba nnutra sunt, ut: Jus, crus,  
pus, thus, ius.*

*Mus,*

## D E N O M I N E.

*Mus, Masculinum. Sus, Commune.*

*In us mutantia u in obliquis neutra sunt, ut:  
Corpus, corporis. Vellus, velleris.*

*Aus, In aus fæminina sunt, ut: hæc Laus, fraus.  
S, cum Consonante.*

*Quæ finiunt s præcedente consona, fæminina  
sunt, ut: hæc Ars, puls, urbs, hyems, mens.*

*Excipiuntur:*

*Mons, pons, fons, dens, seps pro serpente.  
Tridens, rudens, chalybs; Et partes afis,  
ut: Triens, quadrans.*

*T, In t neutra sunt, ut: Caput, occiput, sinciput.*

*Ax, In ax latina fæmin: sunt, ut: hæc Pax, fornax.*

*In ax Græca fere masculina sunt, ut: hic  
Abax, thorax.*

*Ex, In ex monosyllaba fæminina sunt, ut: hæc  
Fex, lex. Rex & grex masculina sunt.*

*In ex dissyllaba masculina sunt, ut: hic Co-  
dex, pollex, frutex. Carex, vibex, supel-  
lex, forfex, forpex fæminina sunt.*

*Ix, In ix dissyllabam masculina ferè sunt, ut: hic  
Calix, fornix, carix. Cervix, lodix, radix,  
filix, fæminina sunt.*

*In ix monosyllaba & polysyllaba fæminina  
sunt, ut: Nix, pix, cicatrix, coxendix.*

*Ox, Ux, In ox & ux fæminina sunt, ut: Vox,  
nux, faux.*

*X, cum Consonante.*

*Quæ finiunt, præcedente consona, fæmini-*

*B 3*

*na*

## D E N O M I N E.

*na* sunt, ut: Falx, Ianx, arx. *Partes apud ma-*  
*sculina* sunt, ut: Quibcunx, sextuox.

Quomodo cognoscuntur genera nomi-  
num ex autoritate?

Per exempla clasicorum authorum, ut: Pe-  
nus, modus masculini, modo feminini, modo neu-  
trius generis est, quia apud Plinium, Homerū  
& Terentium istis generibus legitur. Sic Finis,  
dies, &c. ex autoritate cognoscuntur.

## N U M E R U S.

IV. Acci-  
dens est Nu-  
merus, à  
numerando  
dictus, quia  
coherentia  
vocum in  
numero o-  
stendit.

Quid est Numerus?

*Est incrementum quantitatis, ab uno ad*  
*plura procedens.*

Numeri nominum quot sunt?

*Dno:* Singularis, qui unitatem significat.  
ut: Dominus.

*Pluralis,* qui multititudinem significat, ut:  
Domini.

## F I G U R A.

V. Accidēs  
est Figura, à  
singendo  
dicta, quia  
ex simplici-  
bus effingit  
composita.

Quid est Figura?

*Est discrimen vocū simplicium & compositarū.*  
Figuræ nominum quot sunt? Due:

*Simplex,* quæ unica dictione constat, ut: Aptus.

*Composita,* quæ pluribus dictionibus constat,  
ut: Ineptus.

Quot modis nomina componuntur?

Quatuor modis:

*Ex duobus rectis,* ut: Respublica.

*Ex duobus obliquis,* ut: Ejusmodi.

*Ex recto & obliquo,* ne: Paterfamilias.

*Ex obliquo & recto,* ut: Jurisperitus.

## D E N O M I N E.

### C A S U S.

Quid est Casus?

*Est finalis variatio dictiōnum.*

Casus nominum quot sunt? Sex:

*Nominativus, est prima vox, quā nominamus*  
*rem, ut: az ember.*

*Genitivus, quo utimur interrogati de posseſſo-*  
*re, ut: az emberé.*

*Dativus, quo attribuiſſimus aliquid cuiquam,*  
*ut: az embernek.*

*Accusativus, quo personam aut rem verbo sub-*  
*sicimus, ut: az emberet.*

*Vocativus, quo vocamus, ut: ô ember.*

*Ablativus, quo auferri aliquid. & rei gestæ vel*  
*gerunda circumstantiam significamus, ut:*  
*az embertül.*

Quotuplices sunt Casus?

Duplices: Recti & Obliqui.

Quot sunt Recti? Duo:

*Nominativus & Vocativus. Sic dicuntur,*  
*quia à fronte verborum construuntur.*

Quot sunt Obliqui? Quatuor:

*Genitivus, Dativus, Accusativus & Ablati-*  
*vus. Sic dicuntur, quia à tergo verborum con-*  
*struuntur*

## D E C L I N A T I O.

Quid est Declinatio?

*Est inflexio nominum in fine per casus.*

Declinationes nominum quot sunt?

Quinque:

B 4

Ultimum  
accidens est  
Declinatio

Qua

D E N O M I N E.

*Q*uæ est Prima Declinatio?  
*Cujus Genitivus singularis definit in æ diph-*

*elino, id est, inflectio di-*  
*thongum, ut: Musa, æ.*

*R*a per me.  
*saphoram,* Quot Genera recipit prima Declinatio?

*quia vox* Quatuor: Masculinum, Fœmininum, Com-

*declinabis- mune & promiscuum, ut:*

*lus in termi-* SINGULARE. PLURALE.

*nationes* N. a, as, e, es.

*varias fle-* G. æ.

*titur ab u-* D. æ.

*nayadice.* D. æ.

*id est casu* A.C. am.

*Nomina-* V. Similis est Nomin.

*gio.* Ab. a.

*Q*uæ est secunda Declinatio?

*Cujus Genitivus singularis definit in i pro-*  
*ductam, ut: Magister, i.*

Quot genera recipit secunda Declinatio?

*Quinque:* Masculinum, Fœmininum, Neu-

trum, Epicœnum & Dubium, ut:

SINGULARE. PLURALE.

N. er, ir, ur, us, eus, um N. i, a.

G. i.

D. o.

A.C. um.

V. Similis est Nomin.

Ab. o.

*Q*uæ est tertia Declinatio?

*Cujus Genitivus singularis definit in is cor-*  
*reptam, ut: Sacerdos, sacerdotis.*

Tertia Declinatio promiscue recipit omnia

genera.

SING.

D E N O M I N E.

SINGULARE. PLURALE.

N. a, e, o, c, l, n, r, s, t, x.

G. is.

D. i.

A.C. em, im.

V. Similis est Nomin.

Ab. e, i.

*Q*uæ est quarta Declinatio?

*Cujus Genitivus singularis definit in ūs pro-*  
*du etiam, ut: Fructus, fructūs.*

Quot Genera recipit quarta Declinatio?

Tria:

Masculinum, Fœmininum & Neutrum.

SINGULARE. PLURALE.

N. us.

G. ūs.

D. ui.

A.C. um.

V. Similis est Nomin.

Ab. u.

*Q*uæ est quinta Declinatio?

*Cujus Genitivus singularis definit in ei di-*  
*viss syllabas, ut: Species, speciei.*

Quot genera recipit quinta Declinatio?

Duo:

Fœmininum & Dubium.

SINGULARE.

N. es.

G. ei.

D. ei.

A.C. em.

V. Similis est Nomin.

Ab. e.

B5. Plu.

## DE NOMINE.

### PLURALE.

N. es.	Ac. es.
G. erum.	V. Similis est Nomin.
D. bus.	Ab bus.

Typus inflexionis vernaculae:

### SINGULARE.

N. Azember.
G. az emberé.
D. azembernek.
Ac. az embert.
V. ôember.
Ab. az embertûl

*Sic generaliter inflectuntur omnes voces cun-  
jugum, sint declinationis.*

### Observatio.

*Nomina Numeralia sive quantitatem qua-  
lemvis significantia, pro epithetis usurpata &  
simil inflexa, casibus non variant, sicut Lat-  
ina, ut:*

### PLURALIS.

N. Sokemberek.	Ac. Sokemberek.
G. Sokembereké.	V. ôemberek.
D. Sokembereknek.	Ab. Sokemberekûl.

### REGULE DE NEUTRIS.

*Neutra tres habent similes casus, in utroq,  
numero, qua in plurali in aexeunt.*

*De Vocativo secundæ declinationis:*

*Vocativus ab us fit per e, ut: Dominus, Do-  
mine. Propria ab ius, in i faciunt Vocativum,  
ut: Gregorius, Gregori. Sic & Filius, ô fili.*

De

## DE NOMINE.

*De Ablativo singulari tertiae declinationis.*

*I. Ablativus regulariter per e fit, ut: ab hoc  
sacerdote.*

*II. Per itantum faciunt ablativos, ut:*

*Neutra in e, al & ar desinentia; (finunt;  
Adjectiva in is & er, quorū neutra in e de-  
Mensum nomina tertiae declinationis;  
Accusativum in im tantum facientia.*

*III. Per e & i promiscue faciunt Ablativos, ut:*

*Adjectiva omni generis;  
Comparativi in or & us;  
Verbalia in trix;  
Substantiva in & is, mnis, gnis, guis, & vis  
pleraque.*

*Accusativos per em & im facientia.*

*De genitivo plurali.*

*In ium faciunt Genitivos, ut:*

*Nomina quorum ablativi finiunt in itan-  
tum, vel in i & e simul; (finiunt.*

*Quæ Nominativus duabus consonantibus.*

*Quæ in Nominativq & Genitivo singula-  
ribus paribus syllabis desinunt.*

*Quæ in is longum, aut in as, si sint monosyl-  
laba, desinunt; Item pluralia tantum.*

*Cetera Genitivos in um faciunt.*

## DE PRONOMINE.

*Quid est Pronomen?*

*Pronomen  
est Secunda  
Est vox, qua utimur in demonstranda, aut pars orati-  
repetenda re, ubi Novintis repetitio ingrata e-  
onis Est-  
ratfutura.*

Quot

## DE PRONOMINE.

*mologicis:* Quot sunt Pronomina?  
 Aproposito. Decem & Septem: Ego, Tu, Sui, Ille, Iste,  
 men dicit: Ipse, Hic, Is, Quis, Qui, Meus, Tuus, Suus, No-  
 quia ad ele- ster, Vester, Nostras & Vestras.  
 gantiam o-  
 rationis si-  
 cem nomi- Pronomini quo accident?   
 nis explet- Octo: Species, Significatio, Genus, Nume-  
 rius, Figura, Persona, Casus & Declinatio.

## SPECIES.

I. *Accidens* A Specie quotuplicia sunt Pronomina?  
*Pronominis* Duplicia: Primitiva & Derivativa.  
*est Species,* Quæ sunt Primitiva?  
*dicitur sicut* Que aliunde non cadunt, & sunt decem: Eg-  
*in nomine.* go, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, Qui.

Quæ à primitivis cadunt, & sunt septem:	
Meus,	Cadit à Genitivo singulari primitivi
Tuus,	
Suus,	
Noster,	Cadit à Genitivo plurali primitivi
Vester,	
Nostras,	
Vestras,	
	Mei.
	Tui.
	Sui.
	Nostrum.
	Vestrum.
	Nostrum.
	Vestrum.

## SIGNIFICATIO.

II. *Accidens* A significatione quotuplicia sunt Pronomina?  
*est significatio, qua* Demonstrativa, quibus rem vel personam de-  
*cōfendit.* & na- monstramus, & sunt quatuor: Ego, Tu, Hic,  
*nominum.* Iste.

Relat-

## DE PRONOMINE.

Relativa, quæ referunt antecedens, & sunt qua-  
 tuor: Is, Ipse, Qui, Ille.

Ille, alias Demonstrativus, alias Relativus est.  
 Reciproca, quæ personam precedentem repe-  
 tunt, & sunt duo: Sui, & Suus.

Interrogativa, quibus de re, vel persona quéri-  
 mus, & sunt quinque: Quis, Cujus, Cuja,  
 Cujum, Cujas.

Possessiva, quæ de possessore dicuntur, & sunt  
 quinq: Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester.

Gentilia, quæ gentem vel patriam significant, &  
 sunt duo: Nostras, Vestras.

## GENUS.

Genera Pronominum quo sunt?

III. *Acci-*  
*Quinque:* Masculinum, Fœmininum, Neutrum est Ge-  
*nus, quod*  
*ttum, Commune, Omne.* nibile est alio-

### REGULA.

Pronomina unius vocis vel terminationis, personarum  
 sunt generis Omnis, ut: Ego, Tu, Sui.

Pronomina duarum vocum, sunt generis in nominis  
 communis, ut: Nostras, Vestras.

Pronomina trium terminationem, prima  
 vox est generis masculini, ut: Meus, Ille.

Secunda fœminini, ut: Mea, Illa.

Tertia neutrius, ut: Meum, Illud.

(Moventur Pronomina perinde ut adjecti-  
 va in nominibus, nempe per tria genera & tres  
 terminaciones, ut: Meus, mea, meum, vel unam  
 terminationem, ut: Ego.

NU

15

## DE PRONOMINE.

### NUMERUS.

IV. Accidens est Numerus, sicut in Nominis à numerando dicitur.

V. Accidens est Figura. à fingendo (met) est syllabica adiectio, emphaseos & majoris significatio gratia pronunciata.

### PERSONA.

VI. Accidens Personae Pronominum quo sunt? Tres: Prima: quae rem loquentem monstrat, ut: Ego. Secunda: quae significat rem, ad quam sermone dicitur, ut: Tu. quam ad Tertia: quae significat rem, de qua sermo habetur, ut: Ille.

### REGULA.

Unum est Pronomen primae personae, scilicet Ego. Unum est secunda, quod est Tu. Reliqua Pronomina omnia sunt tertiae, exceptis Vocatis, quae sunt secundae.

### CASUS.

Casus item sunt sex, qui in Nominis, nisi quod Vocativo carent Pronomina: Prater Tu, Meus, Noster & Nostris.

### DECLINATIO.

Duplex est Declinatio Pronominis, partim parum verò Nominum inflexionem sequuntur, ea & tunc. Quot sunt Pronomina Positivæ Declinationis? Tria: Ego, Tu, Sui, & inflectuntur sic:

SIN.

## DE PRONOMINE.

### SINGULARE. PLURALE.

N G D. A. C. V. A. B.	N G. D. A. C. V. A. B.
Ego, me, mihi, me, caret à me.	Nos, nostrū nobis, nos, caret à nobis.
Vel mis.	Vel nostri,
Tu, tui, tibi, te, ó tu, à te.	Vos, vestrū vobis, vos, ó vos, à vobis.
Vel tuis,	Vel vestris,
caret sui, sibi, se, a se.	caret sui, sibi, se, a se.

Quare appellantur Positivæ Declinationis?

Quia unaquaque vox sui ipsius est positio, nec altera ab altera regulariter formatur, ut in reliquis Nominibus & Pronominibus.

Quæ Pronomina sequuntur Nominum Imitativa declinationem?

Reliqua omnia, quæ sunt vel prima, vel secunda, vel tertia Declinationis nominum.

Quæ sunt primæ Declinationis?

Fœminina omnia: Sed quedam in Genitivo & Dativo singulari variant, ut:

### SINGULARE. PLURALE.

N. G. D. A. V. A. B.	N. G. D. A. V. A. B.
Illa, ius, i, am, Carella.	a, arum, is, us, Carer.
Ista, ius, i, am, ab ista.	a, arum, is, us, ab istis.
Ipsa, ius, i, am, ab ipsa.	a, arum, is, us, ab ipsis.
Hac hujus huic hanc ab hac.	Ha hacten his has ab his.
Ea ejus es eam ab ea.	Ea earum eis eas ab eis.

Quæ cujus cuius quam	à qua.	Quæ quarū quis quas à quia.
Vel	Vel it	Vel à
qua	qui	quibus quibus.
Nea ea ea am ó mea à mea.	Mea arum uen ó mea à meo.	
Tua, Sua, Nostra, Vesta in Genitivo & Dativo non variante.		

II. Quæ

## DE PRONOMINE.

II. Quæ sunt secundæ Declinationis?

Masculina & Neutra. Sed & in his quædam in Genitivo & Dativó singulari variants ut:

SINGULARE.

PLURALE.

N. G. D. Ac. V. Ab.	N. G. D. Ac. V. Ab.
Ille, illius, i, um, ab illo;	i, orum, is, os, ab illis.
Illud, ius, i, illud, ab illo.	a, orum, is, a, ab illis.
Iste, ius, i, istum, ab isto.	i, orum, is, os, ab istis.
Istud, ius, i, istum, ab isto.	a, orum, is, a, ab istis.
Ipse, ius, i, um, ab ipso.	i, orum, is, os, ab ipsis.
Ipsum, ius, i, um, ab ipso.	a, orum, is, a, ab ipsis.
Hic, huj <sup>o</sup> , huic, huc, ab hoc.	Hi, horū, his, hos, ab his.
Hoc, huj <sup>o</sup> , huic, hoc, ab hoc.	Hec, horū, his, hec, ab his.
Is, ejus, ei, cum, ab eo.	i, eorum, eis, eos, ab eis.
Id, ejus, ei, id, ab eo.	Ei, eorum, eis, ea, ab eis.
Quis, cui <sup>o</sup> , cui, quem, à quo,	Qui, quorū, quis, quos, à quis;
vel	vel
qui	à qui.
Quod, cui <sup>o</sup> , cui, quod, à quo,	Qua, quorū, quis, quae, à queis;
vel	vel
quid,	à qui qua;
Meus, i, o, um, ô mis, à meo.	Meorum, eis, os, ô mei, a meis.
Meum, i, o, um, ô um, à meo.	Mea, orum, is, a, ô mea, à meis.
Sic Tuus, Suus, Noster, Vester; Tuum, Suum, Nostrum, Vestrum,	in Genitivo & Dativó singulari non variant.

Quæ

## DE VERBO.

Quæ sunt tertiae Declinationis?

Nostras, Vestras, nec in ullo casu variant à nominibus.

## DE ARTICULO.

Quid est Articulus?

Est demonstrativa particula q̄ in declinandis nominib⁹ discernendi generis causa præponitur.

Quot sunt Articuli Latinorum?

Tres: Hic, hæc, hoc.

Quid differunt Articuli & Pronomina?

Hic, hæc, hoc, sine nominibus demonstrative posita, sunt pronomina: cum verò in oratione casus vel genera nominum indicant, eadem pro articulis putantur.

## DE VERBO.

Quid est Verbum?

Est vox, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significans.

Quotuplex est Verbum?

Duplex: Personale & Impersonale.

Quid est verbum personale?

Quod personarum varietate recipit, distinctis terminationib⁹, ut: Ego amo tu amas, ille amat.

Quotuplex est verbum personale?

Quadruplicem:

Substantivum, quod nec actionem nec passionem sed solam rei substantiam significat; & sunt quatuor: Sum, Forem, Fio & Existo.

Vocativum, per quod proprium nomen significatur.

Tertia pars  
orationis E-  
tymologica

est Verbum.  
à verbis  
do sic dictū.

qua Verbe-  
ratu aérius

vox formata  
iur.

## D'E VERBO.

tur, ut: Nuncupor, nominor, appellor, dicor, vocor, Petrus, Paulus.

Transitivum, cuius actio in rem vel personam patientem transire, ut: Percutio Davum, duco lineam.

Absolutum, quod sententiam absolvit sine obligis, ut: Sedeo, curro.

Quid est verbum impersonale?

Quod personarum varietatem non recipit distinctis terminationibus.

Quotuplex est verbum impersonale?

Duplex:

Activa vocis, quod in t definit, ut: Pudet.

Passiva vocis, quod in tur definit, ut: legitur.

Verbo quo accidentunt?

Octo: Genus, Species, Tempus, Modus, Numerus, Figura, Persona & Conjugatio.

## GENUS.

I. Accidens est Genus, à generando dictu, quia quidquid, verbum significet.

Genera verborum quo sunt?

Quinque: Activum, quod in O definit, & assumat litera, ne significet facit ex se passivum, regitq; post se accusativum persona, ut: Verberor à Davo.

Passivum, quod in R definit, & depositat litera, reddit in activum, regitq; post se ablativum persona, ut: Verberor à Davo.

Significativa Neutrū, quod definit in O, & propemodum a-

## D'E VERBO.

Etionem vel passiōnem significat, versuntamen ita absoluta absolute, ut casum aktivorum aut passivō est quae sunt non requirat, ut Frigo, calce, Suni & sine illata neutralia passiva, quae desinunt in O, & si suum ad agnitionem passivorum habent, ut: Venerare, id est vendicare. Sic & neutropassiva quorum substantia praterita passivorum modo habentur, ut: Audeo, auctor sum; Gaudeo, gavitus sum; Mōreō, mōestus sum; Soleo, solitus sum, Suni & neutra quedam in m desinentia, ut: Suni, cum compositis.

Deponens, quod in r definit, & depositat litera, significans non est Latinū. Significat autem activē, verbo neutrā, neutraliter, ut: Præcor Dū Patior injuriā. Ius est mea, Commune, quod in R definit, nec potest deponere activam & literam, & aut activē, aut passivē significat passivam. Cetera: Activē cum accusativo, ut: Criminor Phormionem; Passivē cum ablativo, ut: Criminor à Phormione.

Sunt etiam quedam verba, que efféruntur per o & or, eadem significacione, ut: Assentio assensit, assentior, assensus sum.

Rursus quedam eadē voce, modo activē, modo absolute usurpantur, ut: Ruō, vario offendo; Offendit Principem, offendit in cenebris.

## SPECIES.

Quotuplici sunt verba à specie? Duplicita: Primitiva & Derivativa.

II. Accidens verbi est Species secundum numerum in Nomine dicta.

Cs

Quz

18

## DE VERBO.

Quæ sunt Primitiva?

Quæ aliunde non cadunt, ut: Caleo, frigeo.

Quæ sunt Derivativa?

Quæ à primitivis cadunt, ut: calesco, frigesco.

Derivativeorum Species quot sunt?

Quatuor:

Inchoativa, quæ desinunt in s, & rem inchoant  
aut intendi significant, ut: Calesco, Labelasco.

Frequentativa, quæ in to, so, xo, desinunt, & af-  
fiduitatem vel conatum significant, ut: Agi-  
to, pullo, nexo.

Desiderativa, quæ in rio desinunt, & studiū sive  
voluntatem significant, ut: Esurio, lecturio.

Diminutiva, quæ in lo desinunt, & diminutio-  
nem sui primitivi significant, ut: Sorbillo;  
id est, modicè sorbeo.

## TEMPUS.

Quid est Tempus?

Est, cum in verbo queritur, quando quid di-  
ctum aut factum sit.

Tempora verborum quot sunt?

Quinque:

Præsens, quo actionem nunc geri significant;  
Et distincta ut: Venio.

Præteritum imperfectum, quod actionem incho-  
atam, sed nondum absolutam significant, ut:  
Veniebam.

Præteritum perfectum, quod preterisse actionem signifcat, ut: Veni.

Præteritum plusquamperfectum, quod actionem

III. Acci-  
dens est Tem-  
pus. à tem-  
perando di-  
ctum, quia  
omnes actio-  
nes & pa-  
siones certā  
& distinctā  
mensurā  
temporat.

## DE VERBO.

nem diu preterisse significat, ut: Venerat.

Futurum, quod rem gerendam significat, ut:  
Veniam.

## MODUS.

Quid est Modus?

Est inclinatio animi, variis ejus effectus de-  
monstrans.

Modi verborum quot sunt?

Quinque:

Indicativus, qui simpliciter aliquid fieri, aut non  
fieri definit, ut: Amo, doceo, lego, audio.

Imperativus, quo imperando uitimur, ut: am, Versas affe-  
doce, lege, audi.

Optativus, quo optamus, non definimus quid fi-  
at, ut: utinam amarem, docerem, legerem,  
audirem.

Subjunctivus, qui, nisi subjiciatur alterioratio-  
ni, per se non absolvit sententiam, ut: cum  
amem, doceam, legam, audiam.

Infinitivus, qui certos numeros & personas per  
se non definit, sed mutuantur numerum &  
personam à verbo, vel casu sibi adharente,  
ut: amare, docere, legere, audire.

(Verborum infinitorum numerus & per-  
sona dignoscitur ex verbo vel casu, cum quo con-  
struuntur, ut in hoc exemplo: Christus docet  
orare, infinitivus orare est numeri singularis,  
persona tertia, quia verbum docet, cum quo  
construitur, est tale.)

IV. Acci-  
dens est Mo-  
dus. à mo-  
derando di-  
ctus, quia  
distinguit.  
Voices mo-  
deratas se-  
cundum di-  
stinctiones ac-  
tioni.

Cz

NU-

## DE VERBO.

### NUMERUS.

V. Acci-  
dens est Nu-  
merus.  
VI. Acci-  
dens est Fi-  
gura.

VII. Acci-  
dens est Per-  
sona.

*Numerus duplex, ut in nomine:  
singularis, ut: Lego. Pluralis, ut: Legimus.*

### FIGURA.

*Figura similiter duplex:  
Simpl., ut: Lego. Composita, ut: Negligat.*

### PERSONA.

*Quid est Persona?*

*Est rationalis substantia qua sermo exercetur.*

*Personae verborum quo sunt? Tres:*

*Prima, cui additur Pronomen prima persona,  
ut: Ego lego.*

*Secunda, cui additur Pronomen secunda  
persona, ut: Tu legis.*

*Tertia, cui additur Pronomen tertia persona,  
ut: Ille legit.*

*Formatio temporum in conjugando:*

Tempora	omnia forman- tia vel a	Pre- senti	Præsenzia	Omnium modorum,
			Imperfetta	Excep. futuro
a	Præ- rito.	Futura		Subjunctivi.
			R A M Plusquam- perf. etiū Indicativi.	
a	Præ- rito.	Præterita	S E M plusquam- perfectum Optati.	
		Plusquam- perfecta	Subjunctivi.	
a	Præ- rito.	Præterita	R I M perfectum	
		perfecta	Subjunctivi.	
a	Præ- rito.	Futura	R O Fut. Subjunct.	
			S E plusquamperfe- ctum Infinitivi.	

NGO.

## DE VERBO.

### CONJUGATIO.

*Quid est Conjugatio?*

*Est conveniens verborum declinatio per  
tempora & modos.*

*Quotuplex est Conjugatio? Triplex:*

*Consequens, Inconsequens & Defectiva.*

*Quid est conjugatio Consequens?*

*Est legitimæ seu regularis verborum inflexio.*

*Quot sunt Conjugationes legitimæ?*

*Quatuor:*

*Prima, Cujus character a longum, ut: amare.*

*Secunda, est in penultima elongum, ut: docere.*

*Tertia, Infinitivi, in vo- ebrevi, ut: legere.*

*Quarta, ce activa: i longum, ut: audire.*

### Paradigma Conjugationum

Activa vocis.

#### PRIMA CONJUGATIO.

A M O.

Indicativi præsens.

S. Amo, amas, amat.

Szereté, szereted, vagy szeret, szeret, avag' reti.

P. Amamus, amatis, amant.

Szerettjük, szeretitek, rettek: szeretik, szeretnek.

Præteritum Imperfectum

S. Amabam, amabas, amabat.

Szerettem, szeretted, szereti vala.

P. Amabamus, amabatu, amabant.

Szerettyük, szeretitek, szeretik vala.

Præteritum perfectum.

C 4.

S. Ama-

## DE VERBO.

*per syncopēs.* Amavi, amavisti, amavit.  
*amasti, pro* Szerettem, szeretted, szerette, vagy szeretett.  
*amavisti.* P. Amavimus, amavistis, amaverunt vel ēre.  
 Szerettük, szerettétek, szerettek.  
 Præteritum plusquamperfectum.  
 S. Amaveram, amaveras, amaverat.  
 Szerettem vala, szeretted vala, szerette vala imár.  
 P. Amaveramus, amaveratis, amaverant.  
 Szerettük vala, szerették vala, rettek vala imár.  
**Futurum**  
*perf. fut.* S. Amabo, amabis, amabit.  
*Amavero.* Meg-szeretem, szereted, szereti jövendőbe.  
*ris, ris, &c.* P. Amabimus, amabitis, amabunt.  
 Meg-szerettyük, szeretitek, szeretik jövendőbe.  
 Imperativi præsens.  
 S. Ama, amet.  
 Szeress, szeressen.  
 P. Amemus, amate, ament.  
 Szeressük, szeressétek, szeressenek.  
**Futurum.**  
 S. Amato tu, amato ille.  
 Te szeresd meg, amaz szeresse jövendőbe.  
 P. Amemus, amatote, amanto vel amantote.  
 Szeressük meg, szeressétek meg, szeressék meg.  
**Optativi præsens.**  
 S. Amarem, amares, amaret.  
 Vajha szeretnem, szertnéd, szertné.  
 P. Amaremus, amaretis, amarent.  
 Vajha szeretnök, szeretnétek, szeretnek.  
 Præteritum perfectum & plus-  
 quamperfectum.  
*Per syncopē-*  
*pen amas.* S. Amavissim, amavisses, amavisset.  
*sem, ses, &c.* Vajha szerettem, szereted, szerette vóna.

P. Ama-

## DE VERBO.

P. Amavissimus, amavissetis, amavissent.  
 Vajha szerettük, szerettétek, szerették vóna.  
**Futurum.**  
 S. Amem, ames, amet.  
 Vajha meg-szeretném, szeretnéd, retné jövendő.  
 P. Amemus, ametis, ament.  
 Vajha meg-szeretnök, nétek, retnék jövendőbe.  
 Subjunctivi præsens. *Cum*  
 S. Amem, ames, amet.  
 Holott szeressem, szeressed, szeresse.  
 P. Amemus, ametis, ament.  
 Holott szeressük, szeressétek, szeressék.  
 Præteritum imperfectum.  
 S. Amarem, amares, amaret.  
 Holott meg-szeretném, szeretnéd, szeretnél.  
 P. Amaremus, amaretis, amarent.  
 Holott szeretnök, szeretnétek, szeretnek.  
 Præteritum perfectum. *Per syncopē-*  
 S. Amaverim, amaveris, amaverit. *pen amá-*  
 Holott szerettem, szereted, szerette légyen. *rim, ris, &c*  
 P. Amaverimus, amaveritis, amaverint.  
 Holott szerettük, szerettétek, szerették légyen.  
 Præteritum plusquamperfectum.  
 S. Amavissim, amavisses, amavisset.  
 Holott szerettem, szeretted, szerette vóna.  
 P. Amavissimus, amavissetis, amavissent.  
 Holott szerettük, szerettétek, szerették vóna.  
**Futurum.**  
 S. Amavero, amaveris, amaverit. *Amaro,*  
 Holott meg-szeretendem, tended, tendő vóna. *ris, ris.*  
 P. Amaverimus, amaveritis, amaverint.  
 Holott meg-szeretendgyük, tenditek, getendik.

Cs.

Iufi.

## D E V E R B O.

Infinitivi præsens & imperfectum.

*Amare.* Szeretni ez után.

Præteritum perfectum & plus-  
quamperfectum.

*Amavisse.* Szeretni ezelőt,

Futurum.

*Amatum ire, vel amaturum esse.*

Szeretni ez után.

Gerundia.

*Amandi, amando, amandum.*

[Donatus vocat Participalia verba: Participis enim per omnia sunt similia, nec tamen Participia sunt. Quia participia significant tempus si ne administratione rei: Gerundia verò administrationem rei sine tempore.]

Supina.

*Amatum, amata.*

Participia.

Præsens. Futurum.

*Amans. Amaturus, a, um.*

A'ki szeretett, avagy szeretvén, szeretendő.

## SECUNDA CONJUGATIO.

D o c e o.

Indicativi præsens.

S. *Doceo,* doces, docet.  
Tanitok, tanitasz, tanit.

P. *Docemus,* docetis, docent.  
Tanitunk, tanitotok, tanitnak.

Præteritum Imperfectum

S. *Docebam,* Docebas, docebat.  
Tanitok, tanitasz, tanit vala.

P. *Docer-*

## D E V E R B O.

P. *Docebamus, docebatis, docebant.*

Tanitunk, tanitotok, tanitnak vala.

Præteritum perfectum.

S. *Docui,* docuisti, docuit.

Tanitottam, tanitottál, tanitott.

P. *Docuimus,* docuistis, docuerunt vel ére.

Tanitottunk, tanitottatok, tanitottak.

Præteritum plusquamperfectum.

S. *Docueram,* docueras, docuerat.

Tanitottam, tanitottál, tanitott vala.

P. *Docueramus,* docueratis, docuerant.

Tanitottuk, tanitottanak, tanitottak vala.

Futurum.

S. *Docebo,* docebis, docebit.

Meg tanitom, tanitod, tanittyájövendéba.

P. *Docebimus,* docebitis, docebunt.

Meg tanittyuk, tanittyátok, tanittyák jövendé.

Imperativi præsens.

S. *Doce,* doceat.

Tanits, tanitsoa.

P. *Doceamus,* docere, doceant.

Tanitsuk, tanitsatok, tanitsák, tanitsanák.

Futurum.

S. *Docero tu,* docero ille.

Tanits te, tanitson amaz.

P. *Doceamus, docerote, docento vel docenio.*

Tanitsuk, tanitsatok, tanitsának jövendébe.

Optativi præsens.

S. *Docerem,* doceres, docret.

Vajha tanitanám, tanitanád, tanitaná.

P. *Docerimus,* doceritis, docerent.

Vajha tanitanók, tanitanátok, tanitanák.

Urinam.

Præ-

## DE VERBO.

Præteritum perfectum & plusquamperfectum.

- S. *Docuissim*, *docuisses*, *docuisset*.  
Vajha tanitottam, tanitottad, tanitotta volna.  
P. *Docuissimus*, *docuissetis*, *docuissent*.  
Vajha tanitottuk, tanitottátok, tanitották volna.  
Futurum.

- S. *Doceam*, *doceas*, *doceat*.  
Vajha tanitanám, tanitanád, tanitanájövendőbe,  
P. *Doceamus*, *doceatis*, *doceant*.  
Vajha tanitanók, tanitanátok, tanitanák jövend.

### Subjunctivi præsens.

- S. *Doceam*, *doceas*, *doceat*.  
Mikor tanitsam, tanitsad, tanitsa.  
P. *Doceamus*, *doceatis*, *doceant*.  
Mikor tanitsuk, tanitsátok, tanitsák.

Præteritum imperfectum.

- S. *Docerem*, *doceres*, *doceret*.  
Mikor tanitanám, tanitanád, tanitaná.  
P. *Doeeremus*, *doceretus*, *docerent*.  
Mikor tanitanók, tanitanátok, tanitanák.
Hic, numerale ordinis secundus, adsciscit ablativum Rege, cum præpositione à. Diversitas nomen mutatus, adsciscit ablativum illo, cum præpositione ab.

### Regula IV.

Dignus & indignus simpliciter ablativos adsciscunt, ut: Dignum laude virū. Musa vetat mori,

Hic, dignum ad sciscit ablativum laude.

### EXCEPTIO.

Poëta genitivo etiam usi sunt, ut: Curia consiliij quæ nunc dignissima tanti. Magnorum indigetus avorum.

### Regula V.

Varia est constructio vocis opus, sed ablativum tamen sapius adsciscit, ut: Nunc animis opus est Aenea, nunc pectore firmo.

### Analysis.

Hic, vox opus, ablativum adsciscit animis. Nonunquam autem præcedit nominativus: ut: Dux & author nobis opus est. Vel genitivus, ut: Hic erit artis opus. Vel ablativo infinitivas subjicitur, ut: Hoc fieri opus est. Peropere est de illare loqui.

### Regula VI.

Explanatur per part. Duo ablativi designantes consequentiū absolu-  
ticas cum lute junguntur, quoru alter nominis, alter par-  
quam, & ticipi, ut: Nube soler pulsa clarior esse dies.  
similes.

### Analysis.

Hic, duo ablativi nube pulsa, designantes se-  
renitatem sequentem, absolute junguntur.

[De-

## DE SYNTAXE.

Designare consequentiam, est ita in oratione ponit ut nihil plenum, aut integrum intelligatur, sed ad perfectionem sententiae adhuc amplius aliquid expectetur. Dissimulatur interdum participium, ut: Teucro duce, pro Teucro existente duce. Sic interdum nomen & pronomen omittitur, & solū participiū genere neutro ponitur, ut: audito, sc: eo,

### Regula VII.

Quæ inesse vel adesse quispiam alicui significant, varie efferuntur. Aliquando enim genitivo, Latini usuntur; sapius ablativo; nonunquam nominativo & ablativo; rarius nominativo & accusativo, ut: Ingenui vultus puer, iagenuique pudoris.

### Analysis.

Hic, nominis substantivo puer, adduntur nomina inesse significantia ingenui vultus, quæ efferuntur casu genitivo.

## CONSTRUCTIO REGI.

minis Verborum,

## GENITIVUS CUM VERBO.

### Regula I.

Genitivum postulant, quæ possessionem aut proprietatem significant, ut: Hæc vestis est Patris.

### Analysis.

Hic, verbum substantivum est, possessionem significans, postulat genitivum casum patris.

### Regula II.

Verba memoriae & oblivionis, promiscue genitivum adsciscunt vel accusativum, ut: Memini hujus rei & hanc rem.

### Analysis.

F.

Hic

VI

## DE SYNTAXI

Hic, verbum memoriae memini, adsciscit genitivum rei; Idem verbum, promiscue adscicit accusativum rem.

Sic & ablativū, ut: Meminit de te, id est, mentionem fecit. Putavit ea de te admonendū esse.

### Regula III.

Accusandi verba damnādi. & absolvendi genitivum adsciscunt, qui speciem facti significat; aut ablativum, qui genus, ut: Furti se astringit. Condemnabo eodem ego te crimine, accuto te ambitionis.

#### Analysis:

Hic, verbū damnandi condemnabo, adsciscit ablativum criminē, qui ablativus genus significat. Verbum accusandi astringit, adsciscit genitivū furti, qui genitivus significat speciem facti.

### Regula IV.

Aestimandi verba, genitivum vel ablativū pleraq., sed genitivum frequentius adsciscunt, ut: Tu fortasse quid de me fiat parvi pendis. Nihilifacio. Aliqui boniq; consulo.

#### Analysis:

Hic, verbum aestimandi pendis, adsciscit genitivum parvi.

### Regula V.

Qua copiā & contra significant, modo genitivum, modo ablativum recipiunt, ut: Eget æris Cappadocum Rex. Non eget Mauri jaculis, nec arcu.

#### Analysis:

Hic, verbum eget, quod significat contra, id est, inopiam, recipit genitivum æris. Idem verbum eget, recipit ablativum jaculis.

## DE SYNTAXI

### Regula VI.

Quæ curam aut perturbationem animi significant, genitivum vel ablativum regunt, ut: Discructio animi, & discructio animo.

#### Analysis:

Hic, verbum perturbationem animi significare discructio, regit genitivum animi; idem verbum regit ablativum animo.

### Regula VII.

Substantivo item verbo subjicimus genitivū vel ablativum cum formam, aut qualitatem, alicujus describimus, ut: Cum faciem videoas, videtur esse quantivis precij. Sum animo hilari.

#### Analysis:

Hic, verbo substantivo esse, subjicetur genitiva precii. Verbo substantivolum, subjicetur ablativus animo.

## DATIVUS CUM VERBO.

### Regula I.

Quodlibet verbum admittit dativum personæ, aut rei, cui qualicunq; modo aliquid acquiritur vel admittitur, ut: Ovem Iupo commisihi.

#### Analysis:

Hic, verbum commisihi, admittit dativum rei, Iupo.

### Regula II.

Verbo Est, habendi significatione cum dati valetimur, ut: Est mihi namq; domi pater, est iujusta noverca.

#### Analysis:

Hic, verbum Est, significans habere, consistit in eum Dativus mihi.

## DE SYNTAXI.

### Regula III.

*Quibusdam verbis gemini dativi adduntur, quorum alter personam, alter commodum vel incommodum significat, ut: Est mihi lucro. Est mihi odio. Datur mihi laudi.*

### Analysis.

*Hic, verbo substantivo est, adduntur dativi mihi, lucro, mibi personam, lucro commodum, significans.*

### Regula IV.

*Sunt & quibus figuratae dativus adjicitur, accusativi loco, vel ablativi, ut: It clamor cœlo, pro ad cœlum. Neq; cernitur ulli, pro abullo.*

### Analysis.

*Hic, verbo it, adjicitur dativus cœlo, loco, accusativi. Item verbo cernitur, adjicitur dativus ulli, loco ablativi.*

## ACCUSATIVUS CUM VERBO.

### Regula I.

*Activa Verba omnia accusativos adsciscunt, ut: Virum malum vel mus mordeat.*

### Analysis.

*Hic, verbum activum mordeat, adsciscit accusativum virum.*

*Sic deponentia & cōmūnia activē significantia, ut: Vereor hominem, sequor illū, amplector virtutem.* Regula II.

*Adsciscunt & neutra quadam accusativos, sed cognata significationis, ut: Aro terram. Bibo vinum. Ablativos, ut: Morte obiit repentina, pro mortem.*

Ana-

## DE SYNTAXI.

### Analysis.

*Hic, verbum neutrum aro, adsciscit accusativum terram.*

### Regula III.

*Pauca quedam activa duos accusativos adsciscunt, que dicuntur transitiva, ut: Doceo te sonam & rem, quæ agitur.*

### Analysis.

*Hic, verbum activum doceo, adsciscit duos accusativos te literas.*

### EXCEPTIO.

*Ablativū quoq; recipiunt quadā cum prepōsitione, ut: Interrogo te hanc rem, & de hac re.*

### Regula IV.

*Construuntur cum Accusativo & composta quedam, vi prepositionis, cum qua componuntur, ut: Villam prætero sciens. Trajicio flumen.*

### Analysis.

*Hic, verbum compositum prætero, construitur cum accusativo villam.*

### Regula V.

*Qua mensuram aut spaciū significant, accusativo casu vel ablativo cum verbis junguntur, ut: Cum abesse ab Amico iter unius diei, Nec longis inter se passibus absunt.*

### Analysis.

*Hic, verbum abesse, jungitur cum accusativo casu iter. Item verbum ablunt, spaciū significans, jungitur cum ablativo passibus.*

### Regula VI.

*Est & ubi figurae accusativus adjicitur verbi figurae constructio spacio*

## DE SYNTAX.

Species pro his passivis & absolutis Graeca consuetudine, ut:  
genere. Pluribus ille notus variatam tingitur alvum.  
Patio te limine sistam, id est, domo.

Analysis.

Hic, verbo passivo tingitur, adjicitur accusativus alvum.

### ABLATIVE CUM VERBO.

Patiendi  
significari  
onem ha-  
bentia.

#### Regula I.

Passivorum proprius casus est ablative, cum  
præpositione a vel ab, ut: Laudatur ab illis. A-  
mor abste. Analysis.

Hic, verbi passivi laudatur, proprius casus  
est ablative illis, cum præpositione ab.

#### EXCEPTIO.

Darivus etiam pro ablative figurare ponitur  
ut: Visus mihi, pro ame.

#### Regula II.

Ablative casu efferuntur, quae causam, in-  
strumentum, aut modum actionis significant,  
ut: Oderunt peccare boni virtutis amore. O-  
derunt peccare mali formidine poena. Addi-  
tur & præpositio, ut: Laborat ex pedibus.

Analysis.

Hic, verbum oderunt, cum ablative casu  
effertur amore. Ut oderunt amore, id est, pro-  
pter amorem.

#### Regula III.

Mercandi quoque verba ablative adsciscunt  
qui precium significat, ut: Vendidit hic auro  
patriam.

Analysis.

Hic

## DE SYNTAX.

Hic, verbum mercandivendit, adsciscit  
ablative auro, qui precium significet.

Excipiuntur: Tanti, quanti, pluris, minoris,  
qua & genitivo casu ponuntur ut: Non vendo plu-  
ris quam alii, fortasse etiam minoris.

#### Regula IV.

Prohibendi significatione habentia, item au-  
ferendi, abstinenti, aut distandi, ablativos adsci-  
scunt, sed alias cum præpositione, alias sine præpo-  
sitione, ut: Adolescentia a libidinib⁹ arcenda est.  
Est virtus, placitis abstinuisse bonis. Distat ab  
urbe. Analysis.

Hic, verbum prohibendi arcenda est, adsci-  
scit ablative libidinibus, cum præpositione a.

#### Regula V.

Ablative adsciscunt & hac deponentia: u-  
tor, fruor, fungor, potior & vescor, ut: utor vino,  
fruor studiis, fungor munere, vescor lacte.

Analysis.

Hic, verbum deponens: utor, adsciscit ablati-  
vum vino.

#### EXCEPTIO.

Interdum & accusativos adsciscunt, ut: Neq;  
boni, neq; liberalis functus et officiū vīsi Potior  
etiam genitivo constructur, ut: Si ejus oppidi  
potitus foret.

#### Regula VI.

Præpositio quoque omissa, vel per compositionem  
addita, facit interdum, ut verbus ablative re-  
ète addatur, ut: Medio rutissimus ibis, proin  
medio. Exeo domo, pro eo ex domo.

## DE SYNTAXE

### Analysis.

Hic, verbo ibis, additur ablative medio, omissa prepositione in.

Hic respon-  
derur ad  
questionem  
factam per  
Quando.

NOMINUM TEMPUS SIGNI-  
FICANTUM CONSTRUCTIO.

### Regula I.

Ablativo nomina temporis effertur, cum  
speciem magis quam durationem significantur;  
ut: Superioribus diebus veni in Cumanum.

### Analysis.

Hic, verbum prateriti temporis veni, effer-  
tur cum ablativo, nomine temporis diebus.

Hic ad in-  
terrogatio-  
nem. Quam-  
diu.

Accusativus frequentior est iis, quae duratio-  
nem seu continuum tempus significant, ut: Un-  
cum gente tot annos bellagero. Absuit biduum.

### Regula II.

Hic, nomen temporis annos, in accusativo ca-  
su jungitur verbo gero, quia significat tempus.

Utrisq; casibus interdum & prepositiones ac-  
cidunt, ut: Accidit in paucis diebus. Item: Ve-  
nit tertio calendas & ad tertium calendas, &  
tertio calendarum.

## NOMINUM NUMERALIUM

### Constructio.

### Numeralia varia sunt:

Quedam numerum significant, ut: Unus, duo,  
tres, quatuor, &c. Et horum interrogatio, quot?  
Construunturq; ut nomina adjectiva; Vel, par-  
titivorum more, cum genitivo plurali,

Alia

## DE SYNTAXE

Alia ordinem significant ut: Primus, secun-  
dus, tertius, &c. Et horum interrogatio, quo-  
tus? Contraunturq; similiter, addendo Quisq; ut:  
Quartus quinq; annorum bissextilis est.

Alia distributioem, ut: Singulis, bini, terni,  
quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noveni, de-  
ni, viceni, triceni, quadrageni, &c.

### Regula I.

Distributivis utimur cum distributione fa-  
cta, cuiq; partis suum numerum assignamus, ut:  
Deni aurei militibus dati sunt.

### Analysis.

Hic, distributivo nomini denis assignatur  
numerus cuiq; parti militibus, scilicet singulis  
in individuo.

Inter Binos & Duos itaq; hoc inter est:  
Cum dico, bini aurei militibus dati sunt, signifi-  
co singulos duos accepisse: At cum dico, duo  
aurei militibus dati sunt, significo totam legi-  
onem duos tantum accepisse.

### Regula II.

Adduntur & distributiva, nominibus, que  
pluraliter tantum dicuntur, ut: Binas literas  
abs te accepi. Ex unis hoptiis geminas mihi  
conficies.

### Analysis.

Hic verbum accepi, admittit distributivum  
plurale binas.

G

No.

DE SYNTAX.

NOMINUM LOCALIUM

Constructio.

Regula I.

Cum prapo. Nominibus regionum, præpositiones sicut & sitionibus, appellativis adduntur sive verbis in loco, sive de loco, sive ad locum significantibus adjiciantur, ut: Pænus in Italiam venit.

Analysis.

Hic, nomen regionis Italianam, jungitur verbo venit, intercedente præpositione in, & significat ad locum.

Regula II.

Absq; pra-  
positionib;  
in loco. Urbium propria, prima vel secunda declinatio-  
nis, in loco esse significant, genitivo casu, singu-  
lari, tertia autem declinationis, & pluralia tantum  
ablativo, ut: Romæ Tibur amem ventosus, Ti-  
bure Romam. Delphis pollo oracula reddebat.

Analysis.

Hoc nomen proprium, urbis, Romæ, prima de-  
clinationis, genitivi singularis, significat esse in  
loco, junctum verbo amem. Item plurale Del-  
phis, secunda declinationis, ablativo casu, jun-  
gitur verbo reddebat.

Regula III.

Ad locum. Ad locum significat accusativus, cuiuscunq;  
numeri aut declinationis nomina ipsa fuerint,  
ut: Noctuas Athenas Proficiscor Romanum. Eo Vi-  
tembergam. Analysis.

Hic, nomen urbis Athenas, effertur accusa-  
tivo casu, quia jungitur verbo sub intellecto mit-  
tere vel portare.

Regu-

DE SYNTAX.

Regula IV.

De loco autem & per locum significantes a. De loco.  
blativi uitimur, ut: Carthagine reddiit Scipio. Per locum.  
Roma profectus est cum exercitu.

Analysis.

Hic, nomen proprium Carthagine, jungitur  
verbore reddiit, casu ablativo, quia significatur  
motus de loco.

Appendix.

Propria civitatum imitantur & haec appella-  
tiva, domus, rus, hum, militia. In loco enim si-  
gnificantia genitivo, ad locum accusativo, de loco  
ablativo casu verbus subjiciuntur, ut: Sū domi,  
eo domū, venio domo. Eo rus, redeo rure, sum  
ruri.

Analysis.

Hic, nomen appellativum domi, jungitur  
verbo sum, quia imitatur constructionem urbi-  
um, & significat in loco, &c.

Additis adjectivis, Mez, tuæ, suæ, &c. ut:  
Malo esse domi mez, quā domi alienz. Ille rectâ  
domū meam venit. Vestras quitq; redite domos.

INFINITIVORUM CONSTRUCTIO.

Regula I.

Accusativus proprius casus est Infinitivo-  
rum, præcedens infinitivum, perinde ut nomi-  
nativus verbum finitum, ut: Metiri se quemq;  
suo modulo ac pede verum est. Ajo te vincere  
posse.

Analysis.

Hic, accusativus se, præcedit infinitivum me-  
tiri, quemadmodum nominativus præcedit ver-  
bum finitum.

G 2

Ex-

## DE SYNTAXI.

*Exponuntur per nominativum mutato verbi modo, & adjecta particula quod vel ut, aut simili.*

### Regula II.

*Infinitivi adduntur verbis significantibus qualemcunq; voluntate, aut sensum, aut facultatem, ut: Cupio te videre. Salvum te advenire gaudeo. Nectecum possum vivere, nec sine te.*

### Analysis.

*Hic, infinitivus vivere, additur verbo cupit, quod significat voluntatem, &c.*

### Regula III.

*Casus sequens infinitivum esse & quæ similis constructionis sunt, convenit cum proximo casu precedente, ut: Cave te tristem esse sentiat.*

### Analysis.

*Hic, casus tristem, sequens infinitivum esse, convenit cum proximo casu precedente e.*

### Regula IV.

*Graci Infinitivi sunt, cum infinitivi adduntur nominatos pro minibus facultatem significantibus aut alias Gerundiis ponunt, pro gerundiis usurpantur, ut: Nunc est tempus cum Gerundiis dicere quæ sentias, pro tempus dicendi. Candia nulla habeant.*

### Analysis.

*Hic, infinitivus dicere, additur nominis tempus, quod significat facultatem.*

## GERUNDIORUM CONSTRUCTIO.

### Regula I.

*Gerundia in Di, sequuntur nomina voluntatem aut facultatem significantia, ut: Occasio emergendi. Cupidus vivendi. Studiosus diceandi.*

## DE SYNTAXI.

### Analysis.

*Hic, gerundium emergendi, sequitur nomen occasio, quod significat facultatem.*

### Regula II.

*In Do gerundia sequuntur verbum, vel cum præpositione, vel sine præpositione, ut: Omnia co-nando docilis solertia vincit. Ratio rectè scribendi cum loquendo juncta est.*

### Analysis.

*Hic, gerundium conando sequitur verbum vincit, sine præpositione.*

### Regula III.

*Cum necessitatem significant in Dum gerundia, impersonalium modo ponuntur, & vel Dativum juxta se habent, vel casum omnino nullum, ut: Vigillandum est nobis. Eendum est. Discendum est pueris. Utendum est xestate.*

### Analysis.

*Hic gerundium vigilandum, quod significat necessitatem ponitur impersonalium modo, quia ante se nullum casum habet, & habet juxta se dativum nobis.*

*Accusativi casus gerundia præpositione annectuntur verbis, ut: Mitto illum ad speculum arcem.*

## SUPINORUM CONSTRUCTIO.

### Regula I.

*Supina priora casum verbi sui adsciscunt, & cum verbis significantib; motum ad locum junguntur, ut: Venio salutatum amicos. Eo venarū.*

### An-

## DE SYNTAXI.

### Analysis.

Hic, supinum salutatum, adsciscit accusativum amicos, quia verbum huius supini, saluto, adsciscit accusativum.

### Regula II.

Posteriora supina construuntur vel cum adjectivis, facultatem aut modum aliquem significantibus, vel cum verbis significantibus motum de loco. ut: Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Obsonatu redeo. Turpe dictu. Dignum relatu.

### Analysis.

Hic, supinum posterius visu construitur cum adjectivo facilis, quod significat facultatem.

## IMPERSONALIUM CONSTRUCTIO.

### Regula I.

Impersonalia passiva vocis ante se casum non habent, post se autem plerosq; eos quos recipit verbum passivum, quandoq; etiam absolute sine casu ponuntur, ut: Factum est à vobis duriter. Quid agitur? statut.

### Analysis.

Hic, verbum impersonale, factum est, habet post se ablativum vobis. Item verbum quid agitur? ponitur absolute sine casu.

### Regula II.

Est, interest & refert, personam genitivo designant, à se autem infinitivū recipiunt, vel coniunctivū cum Particulis ut, an, ne & similibus, ut: Boni pastoris est condere pecq; non deglubere. Reipublicæ refert conservare literas, & ut conserventur literæ. Interest omnium rectè facere.

## DE SYNTAXI.

### Analysis.

Hic, verbum impersonale est, personam designat genitivo pastoris, post se habet infinitivum tendere.

### Appendix.

Pronomina possessoria cù verbis interest, & refert, ablativo casu, genere feminino cum verbo autem est genere neutro, casu nominativo jungitur, ut: Tua quod nihil refert, per punctari desine. Tunc est si quid præter spem evenit, mihi ignorare. Illud mea magni interest, te ut videam.

### Analysis.

Hic, pronomen possessoriū ablativi casu, genere feminini tua, casu nominativo quod jungitur cum verbo refert. Item tuū, generiū neutriū, casu nominativo quid, jungitur verbo est, &c.

### Regula III.

Decet, delestat, juvat, oportet, accusativum personæ ante se habent, post se vero infinitivum, ut: Te animo hilari esse valde me juvat. Mandacem oportet esse memorem.

### Analysis.

Hic, verbum juvat, præcedit accusativus personæ me, & sequitur infinitivus esse. Item verbum impersonale oportet, præcedit accusativus mendacē, & mox sequitur infinitivus esse.

Decet, ponitur etiam cum dativo, ut: Quandog; id decet prudentiæ tuae.

### Regula IV.

Rathetica Impersonalia præcedunt accusativi,

## DE SYNTAXI.

sequuntur genitivi vel infinitivi, ut: Suæ quemque fortunæ pœnitet. Nec te pœniteat calamo trivisse bellum. Nonne te miseret mei?

Analysis.

Hic, Patheticum Impersonale pœnitet, præcedit accusativus quemq; , & sequitur genitivus fortunæ,

Pathetica sunt, quæ animi affectum aut perturbationem aliquam significant, ut: Pœnitet, piget, pudet, tñdet & miseret.

Regula V.

Cetera activæ vocis impersonalia pleraq; ante se dativum, qui personā significet, & post se infinitivū habent, ut: Non cuivis homini contingit adire Corinthus. Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.

Analysis.

Hic, verbū impersonale contingit, habet ante se dativū personæ cuivis, & post se infinitivū adire.

Regula VI.

Impersonalibus annumerantur & cetera verba, quoties absolute sine nominativo ponuntur, sequente mox infinitivo, ut: Debet adolescentiam pœnitere peccati,

Analysis.

Hic, verbum debet, annumeratur impersonalibus, quia sine nominativo ponitur sequente infinitivo pœnitere.

## PARTICIPIORUM CONSTRUCTIO.

Regula I.

Participia & gerundia casum suorum verborum

## DE SYNTAXI.

rum adsciscunt, ut: Legens Virgilium. Legendus à Virgilio. Tempus legendi Virgilium.

Analysis.

Hic participium legens, adsciscit casum accusativum virgilium, sui verbilego.

Regula II.

Usurpantur Participia etiam pro infiniti- vis, ut: Opus est factio, id est, facere.

Analysis.

Hic, participium factio, juncatum particula opus, usurpatum pro infinitivo facere.

## CONSTRUCTIO PARTIUM IN- declinatarum.

### DE ADVERBIIS.

Regula I.

Adverbia subjiciuntur verbis, & eorum participiis, ad explicandas circumstantias locorum, temporum, & similes, ut: Festinalente. Malè parta, malè dilabuntur. Benè doctus.

Analysis.

Hic, adverbium lentè, subjicitur verbo festina, & Participio parta, subjicitur adverbium malè.

Regula II.

Adjiciuntur & nominib<sup>o</sup> adjectivis, aut adjectivè usurpati, adverbia intendendi vel minuendi gratia, ut: Quis unquam fuit tam insigniter impudens? Mulier admodum anus.

Analysis.

Hic, adverbium insigniter, adjicitur accusativo impudens. Item: Adverbium admodum,

G5

adji-

## DE SYNTAXI.

*adjicitur voci anus, quæ hoc loco adjectivèn-  
surpatur.*

### Regula III.

*Adverbia derivata, pleraq; primitiorum  
constructionem sequuntur, ut: Propinquius ti-  
bi habitat.*

#### Analysis.

*Hic, adverbium derivativum propinqui-  
us, quod derivatur à nomine propinquus, se-  
guitur constructionem sui primitivi, & regit  
dativum casum tibi.*

### Regula IV.

*Quæ comparativi aut superlativi gradus  
sunt, nominum eorundem graduum construc-  
tionem imitantur. ut: Melius illo cecinit. Expe-  
ditius cæteris loquitur.*

#### Analysis.

*Hic, adverbium Comparativi gradus meli-  
us, imitatur constructionem nominis ejusdem,  
& recipit ablativum illo.*

### Regula V.

*Genitivum ferè adsciscunt adverbia, quæ  
copiam, penuriam, aut perturbationem signifi-  
cant, ut: Satis eloquentia, sapientia parum.*

#### Analysis.

*Hic, adverbium satis, copiam significans,  
adscicit genitivum eloquentia, &c.*

### Regula VI.

*Sunt & loci quadam, & temporis adverbia,  
quisibus familiariter genitivi adduncunt, qui-  
bus,*

## DE SYNTAXI.

*busdam etiam accusativi, ut: Nusquam geni-  
tum. Pridie ejus diei. Instar montis.*

#### Analysis.

*Hic, adverbio loci mutquam, familiariter  
additur genitivus gentium.*

### Regula VII.

*En & ecce, alias nominativum, alias accu-  
satивum adsciscunt, ut: En dextra fidesq; Ecce  
miserum hominem. Accedit & dativus, ut:  
Ecce tibi ejusmodi sortitio.*

#### Analysis.

*Hic, adverbium en, adscicit nominativum  
dextra. Iem: adverbium ecce, adscicit accu-  
satивum hominem.*

## DE CONJUNCTIONE.

### Regula.

*Coniunctio aut similes casus, aut similia ver-  
ba conjungit, aut novam orationem superioris  
attexit, ut: Nox & amor vinumq; nihil moder-  
abile suadent. Tempora labuntur tacitisq; sene-  
scimus annis.*

#### Analysis.

*Hic, Coniunctio &, conjungit similes casus,  
nox, amor, &c.*

### Appendix.

*Ut, Coniunctio causalis, & quæ similem vim  
habent, coniunctivum adsciscunt, ut: Orare  
jussit hera, si se amas, ad se ut venias.*

#### Analysis.

*Hic, coniunctio causalis, ut, adscicit conju-  
nitivum venias.*

D 8

54

## DE SYNTAXI.

### DE PRAEPOSITIONE.

#### Regula I.

*Præpositiones tanquam articuli casus verbis  
annectunt, aliæ accusativos, aliæ ablativos, que-  
dam etiā utrosq; ut: Non datur ad Musas curre-  
relata via. Quam quisq; novit artem in ea se ex-  
erceat.*

#### Analysis.

*Hic, præpositio ad, tanquam articulus anne-  
dit accusativum Musas, verbo currere.*

#### Regula II.

*Quatuor hæ præpositiones, In, Sub, Super &  
Subter, accusativo serviant, cum motum ad rē  
significant, ablativo, cum in re versari, ut: In  
fretum fluvii currunt. Sub dō jacere. Sub  
arborem collocare. Super arbore sedere.*

#### Analysis.

*Hic, præpositio in, servit accusativo freta, tan-  
quam motum ad rem. Item, præpositio sub, ser-  
vit ablativo dō, quia significat versari in re.*

#### Appendix.

*Anastrophēn vocant, cum præpositio casui  
suo postponitur, ut: Italiām contra.*

#### Analysis.

*Hic, præpositio contra, casui suo, Italiām, post-  
ponitur, per Anastrophēn.*

### DE INTERJECTIONE.

#### Regula I.

*O, exclamandi particula, & Proh, modo no-  
minativum, modo vocativum, modo accusati-  
vum adsciscunt, ut: O vir fortis atq; amicus;  
Proh Jupiter!*

#### Anal.

## DE SYNTAXI.

### Analysis.

*Hic, exclamandi particula O, adsciscit no-  
minativum vir.*

#### Regula II.

*Hei & Ve Dativum adsciscunt, ut: Hei mi-  
hi quales erat. Vx capitū tuo.*

#### Analysis.

*Hic, interjectio hei, adsciscit dativum mihi.*

#### Regula III.

*Heu accusativum adsciscit, aut nominati-  
vum, ut: Heu stirpem invisam. Heu prisca fides.*

#### Analysis.

*Hic, interjectio heu, adsciscit accusativum  
stirpem.*

### CONSTRUCTIO FIGURATA.

#### Quid est Figurata constructio?

*Quæ legitimam, aut defectu, aut redundan-  
tiā, aut mutatione turbat.*

#### Quod traduntur usitatores Figuræ constructionis?

*Septem: Zeugma, Syllepsis, Synthesis, Pro-  
lepsis, Antiptosis, Evocatio, Enallage.*

#### Quid est Zeugma?

*Zeugma, id est, adjunctio, est, cum multis  
substantiis, unum verbum, seu adjективum  
additum, consentit cum propiore substantivo,  
ut: Caper tibi salvus & hœdi. Semper honos,  
nomenque tuum, laudesque manebunt.*

#### Analysis.

*Hic, duob⁹ substantiis caper, hœdi, additur  
adje<sup>3</sup>*

## DE SYNTAXI.

adjectivum salvus, consentit autem cum proprio  
re caper, quia sunt eiusdem generis & numeri.  
Item, tribus substantiis honos, nomen, laudes,  
additur unum verbum manebunt, & consentit  
cum propiore laudes, quia sunt eiusdem numeri

### O B S E R V A T I O.

Zeugma tribus modis fit, verbum enim vel adje-  
ctivum adjunctū, modo cum priore, modo cum me-  
dio, modo cum posteriore substantivo consentit, scilicet:  
Protozeugma, Mesozeugma, Histerozeugma.

### Quid est Syllepsis?

Syllepsis, id est, comprehensio, est, cum multis  
substantiis ita verbum vel adjectivum sub-  
sicitur, ut consentiat non cum remotoire sed pre-  
stantiore substantivo. Praestat autem numerus  
pluralis singulari, masculinum genus, feminino.  
prima persona secunda, secunda tertia, ut:  
Milites & Imperator pugnat Ego & suavissimus  
Cicero valemus. Mulciberis capti Marsq; Ve-  
nusq; dolis.

### Analysis.

Hic, duobus substantiis Milites, Imperator,  
suscitatur verbum pugnat, & consentit cum  
prstantiore milites, quia numerus pluralis  
praestat singulari numero. Sic Mars, Venus capti  
adjectivum plurale capti, respondet generi ma-  
sculino Mars, quia masculinū praestat feminino.

Quotuplex est Syllepsis? Quadruplex:

I. Generum, quando repetitum commune re-  
spondet digniori generi, ut: Cælosq; reportant.  
Almonem puerum, fædatiq; ora Galœsi.

### Analysis.

Hic,

## DE SYNTAXE

Hic, pluribus substantiis Almonem, puerum  
oraque fœdati Galœsi, diversis generibus & nu-  
meris subjicitur adjectivum plurale cœlos.

II. Numerorum, quando repetitum commu-  
ne respondet plurali numero, ut: Milites & Im-  
perator pugnant. Est & illa Syllepsis numerorum,  
cum duobus vel plurib⁹ singularib⁹ infertur ver-  
bum vel adjectivum plurale, ut: Præceptor & di-  
cipulus docti. Furor iraq; mentem præcipitant.

### Analysis.

Hic, nominativis diversorum numerum mi-  
lites, Imperator, junctis inter se copula &; in-  
fertur verbum plurale pugnant.

III. Casum, cum nominativo & ablativo  
inter se coherentibus, verbum vel adjectivum  
additum, pluraliter effertur, ut: Remo cum fra-  
tre Quirinus iura dabant.

### Analysis.

Hic, nominibus diversorum casum, Quiri-  
nus Remo, coherentibus inter se particula cum,  
additur verbum plurale dabant.

IV. Personarum, quando repetitum commu-  
ne respondet digniori persona, ut: Tu & frater  
bellè convenitis.

### Analysis.

Hic, nominibus diversarum personarum, tu,  
frater, junctis inter se copulâ &, infertur ver-  
bum plurale convenitis, respondet autem perso-  
na tu, quia secunda persona dignior est tertia.

### Quid est Synthesis?

Syn-

## DE SYNTAXI.

*Synthesis, id est, comprehensio, est, cum nomini multitudinis singulari, respondet verbum vel adjectivum plurale. Nam ad intellectum refertur constructio, ut: Pars veniens Scythiam. Turba ruunt.* Analysis.

*Hic, nomini multitudinis singulari turba, respondet verbum plurale ruunt.*

Quid est Prolepsis?

*Prolepsis, id est, praoccupatio, est, cum generi seu toti alicui partes subjiciuntur, diversis numeris aut personis, verbo non repetito, ut: Aquila volant; haec ab oriente, illa ab occidente.*

Analysis.

*Hic, verbum volant, convenit cum toto etiam nominativo aquilae, sed cum partibus diversi numeri, haec, illa, non congruit, nec repetitur verbum, sed subintelligitur, ut: Haec volat ab oriente, illa volat ab occidente.*

Quid est Antiptosis.

*Antiptosis est, casus pro casu positio, quando contra analogiam antecedens imitatur casum relativi, ut: Sermonem quem audistis, non est meus. Quem queritis? Christum: non est hic.*

Analysis.

*Hic, antecedens sermonem, imitatur casum relativi quem, quia nomen sermonem debet respondere verbo audistis.*

Quid est Evocatio?

*Est, cum verbo prima vel secunda persona, nominativus tertia præponitur, ut: Nos poma namus. Non omnia possumus omnes.*

## DE PROSODIA.

Analysis.

*Hic, verbo primæ personæ natamus, præponitur nominativus tertia personæ poma.*

Quid est Enallage.

*Species Enallage est, cù in narrando infinitivo pro imperfecto indicativi utimur, ut: Facile omnes perferre ac pati, pro perferebat ac patiebatur.* Analysis.

*Hic, infinitivus perferre ac pati, usurpatur pro imperfecto indicativi, perferrebat ac patiebatur.* De Syntaxi tantum.

## DE PROSODIA.

Quid est Prosodia?

*Est quæ docet Dictionum Accentus, & Sylabarum quantitates.*

Quid est Syllaba?

*Est comprehensio literarum, quæ uno eodemque spiritu actione efferuntur.*

Quot sunt accentus?

Tres: Acutus, gravis & circumflexus.

Acutus est, quæ syllaba pronunciando attollitur, ut: Frōns, Lūpus, Dōminus. Hujus sedes sunt ultima, penultima, antepenultima,

Gravis est, quæ syllaba sine aliqua vocis elevatione aut mora enunciatur, ut: ultima & penultima in Dōminus. Hic in omnibus syllabis locum habet, quæ non accidunt, aut circumflectuntur.

Circumflexus est, cum syllaba mora quadam,

H

ad

## DE PROSODIA.

ad similitudinem acutis accentus effertur ut: Rōs,  
Homērus, Huj<sup>o</sup> sedes sunt ultima & penultima.  
Quotuplices sunt syllabæ secundum quantitatem? Triplex:

Breves, ut: per, in es.

Longæ, ut: Stips, ros, mos.

Ancipites, quæ nunc producuntur, nunc corripiuntur, ut: Media in tenebra.

Quot modis cognoscuntur quantitates syllabarum?

Novem modis: Positione, Vocali ante vocale, Diphthongo, Derivatione, Compositione, Praepositione, Analogia, Regulis specialib<sup>o</sup> & Exemplo.

I.

## DE POSITIONE.

### Regula.

Omnis Positio longa est. Est autem Positio quando duæ consonantes vel una duplex immediatae vocalē quamvis sequitur, ut: arma, axis.

### EXCEPTIO.

Muta cum liquida conjuncta syllabam anticipet, si vocalis syllaba brevis sit, ut: Tenebra, Patres, Atlas.

II.

## DE VOCALI ANTE VOCALEM.

### Regula.

Vocalis ante vocalem in eadem dictione corripitur, ut: Deus.

### EXCEPTIO.

Aēr, Fio, & Dius, priorem producunt. Pia men-

## DE PROSODIA.

men in incremento i corripit, ut: Fierem. Diana priorem indifferentē habet, quemadmodum & genitivi nominum, & pronominum in ius defnentes penultimam, ut: Istius, illius, ullius.

Genitivi & Dativi quinta declinationis ei, penultimam, si alia vocalis præcedat, producunt ut: Speciei, diei.

III.

## DE DIPHTHONGIS.

### Regula.

Omnis Diphthongus longa est, ut: Euris, Aurora.

### EXCEPTIO.

Praepositiopræ, sequente vocali, interdum corripitur, ut: Sudiburg, præstis.

IV.

## DE DERIVATIS.

### Regula.

Derivativum sequitur quantitatem sui primitivi, ut: Dominus, dominor, domina. Legō, legat, legerem. Legi, legissim, legero.

### EXCEPTIO.

Quadam contra naturam primitivi corripuntur vel producuntur, ut: Lacerna à luceo. Tegula à tego. Humor ab humus. Regulus à rego.

V.

## DE COMPOSITIONE.

### Regula I.

Composita priorem partem integrum servantia, ut plurimum simplicis sui quantitatem sequuntur, ut: Maledicus, benevolus.

H.

Re.

58

## DE PROSODIA.

### Regula II.

Composita à verbis secunda conjugationis priorem compositionis partem in e vocalem terminantia, eam indifferentem servant, ut: Liquefacio, repefacio.

### Regula III.

Composita verò aliunde quam à verbis e, vel o habentia in fine prioris partis, eas plerumq; corripiunt, ut: Hujuscemodi, nefas, fatidicus, aconomus, Timotheus.

### V I.

## DE PRAEPOSITIONE.

### Regula.

Præpositiones in compositione tanta sunt, quan-  
tae extra compositionem. Sunt autē præpositiones  
longae: Ex, post, trans, abs, a, e, di, de, se, pro, præ.  
Dirimus tamē & disertus priorē corripiunt, Pro-  
verò in simplici et si sit producta, in compositione  
tamē nunc corripitur, nunc indifferentis habetur  
de cuius usu consulantur exempla Poëtarum.

Breves sunt: Ad, ob, sūb, in, per, intercon, an,  
circum, ante, re, o, ut: Omitto. Re tamen in di-  
stione refert, pro utile est, producitur.

### VII.

## DE ANALOGIA.

### Regula I.

Pariter declinatōrū, par est & quānitatis, ut:  
Lego, legis, legitis, legit. Disco, discis, discitis,  
discite.

### Regula II.

Præterita dissyllaba priores habent longas, ut:  
Legi, vidi. Excipiuntur Dedi, steti, bibi, tuli,  
fidi, scidi, cum suis compositis.

Re-

## DE PROSODIA.

### Regula III.

Præterita in vi unam syllabam desinentia,  
penultimam producunt, ut: Amavi, petivi.

### Regula IV.

Præterita primam syllabam geminantia,  
primam & secundam corripiunt, ut: Peperis,  
retigi, pepigi, pepuli.

### Regula V.

Supina dissyllaba priores habent longas, ut:  
Visum, fusum, casum.

Excipe: Datum, statum, satum, ratum, itum,  
situm, litum, citum, rutum, quitum; que pri-  
ores corripiunt. His adde à nosco composita, ut:  
Agnitum, cognitum.

### Regula VI.

Supina polysyllaba, à præteritis in vi una  
syllaba desinentibus, formata, penultimam pro-  
ducunt, ut: Solutum, amatum.

Cetera à præteritis in vi divisas syllabas, vel di-  
terminatis cadentia, penultima corripiunt, ut:  
Cubitum, venditū, domitum, creditum, deditū.

## DE INCREMENTIS NOMINUM.

### Primæ Declinationis.

A, In incrementis prima declinationis pro-  
ducitur, ut: Musarum.

### Secundæ Declinationis.

E, I, U, In incrementis secundæ declinationis  
corripiuntur, ut: Teneri, viri, saturi. O vero  
semper producitur, ut: Virorum, magistrorum.

H 3

Ter-

DE PROSODIA.

Tertia Declinationis.

A ante	c i n s t	ut : Fornacis. Animalis. Titanis. Calcaris. Vasis. Probitatis.	Ebacis. Salis. Nectaris, jubaris. Laris & Par paris. poëma- tis. Ana- tis.	Excipe.
A ante	b d g p	corripitur: ut : Arabis. Palladis. Harpagis. Lelapis.		
B ante	b l n	producur: ut : plebis. Danielis. Splenis. Excipe Senis, hymenis,		
E ante	c d g m	in incrementis tercia declin producur, ut: corripitur, ut: necis. pedis: gregis. hyemis.	Sepis. Halecis. Fecis. Mercedis, Hæredis. Regis, Legis. Excipe: Veris. Sic & Græca cum gentilibus.	Excipe.
E ante	e r c	corripitur, ut: vulneris. segetis.		

I. In incrementis tercia declinationis, ab omnibus fere terminationibus generaliter corripitur: Nisi quod fæminina in x, penultimam obliquorum producunt. Exceptis: Picu, siliu, faricis, salicis, coxendicis, histricis, appendicis, nivis.

O, an-

DE PROSODIA.

O ante	c d l n s e r	producit: ut: excipe.	Velocis, custodis, Solis, Præconis, offis, nepotis, amoris.	Excipe.	Cappadocis, præ- cocis, Græca mi- rè variant, quæ à suis authoribus pete.
O ante	b g p v	corripit: ut: prod: ut:	Scrobis. Allobrogis. Inopis, Jovis, bovis.	Excipe.	Bobus, nobis, vobis. Cyclopis, cercopis, hydropis, canopis.
U ante	d g e	prod: ut:	Incudis, frugis, salutis,	Excipe.	Pecuqis. Conjugis. Intercutis.
U ante	c i p r	corripit: ut:	Ducis. exulis, aucupis, vulturis.	Excipe.	Lucis, pollucis. Monosyllaba omnia ut: Muris, ruris, Item, telluris.
					X. In incrementis tercia declinationis corripitur. Exceptis: Bambycis, Rhorcyinis.

Quantitas ultima casum.

A, omne breve. Excepto ablativo prime declinationis, & vocativo a nominibus propriis in as, ut: Thoma, Luca.

E, omne breve. Dempto ablativo quinta, & vocativo, & ablativo prime, à nominibus in es.

I, U, longum omne. O, indifferens est, ut: Sexto.

M, omne breve.

H 4

Da

## DE PROSODIA.

De Incrementis Verborum.

A, E, I, O, in incrementis verborū producuntur.  
Excipe: Dare cum compositis Praesentia tertia conjugationis, in quibus e sequitur r, ut: legerē.

Item, Tempora à præterito perfecto, formata in ram, rim, ro, ut: Amaveram. Reduplicatum prius producit ut: Legerere. Penultima, præteriorum in imus, ut: Docuimus, legitimus, audi-  
vimus.

U, semper corripitur, ut: Volumus, possumus.

### VIII.

#### DE REGULIS SPECIALIBUS.

Primarum & mediarum syllabarū quantitates ex exemplis facilius cognoscunt pueri, quam reguli specialibus. Proinde de ultimis tantum syllabū generales quasdam regulas observent.

#### A.

Nomina in a, prima & tertia declinationis; Item pluralia tantum, brevia sunt, ut: Musa, poëma, arma. Item, Quia & ita. Cetera longa, ut: Infra, supra.

#### E.

E, finale corripitur, ut: Dare, cape.

#### EXCEPTIO.

I. Imperativi secunda conjugationis in e, longum desinunt, ut: Doce, tene. Vale & cave brevia leguntur.

II. Adverbia in e, à nominibus secunda declinationis formata, producuntur, ut: Pulchritudo, docte. Demptis Bene, male. Item, Alanè, sapientia, agè, ritè penè, nempè, quippè.

#### III.

## DE PROSODIA.

III. Et monosyllaba pleraq; in e, producuntur, ut: Me, te, se, ne. Exceptis Enclitics que, ne, ve, cum syllabis ad affectionibus, pte, ce, te.

#### I.

In i desinentia producuntur, ut: Legi, dixi. Mibi, tibi, sibi, ubi, ibi, indifferentia sunt.

#### O.

In o desinentia indifferentia sunt, ut: Leo, virgo. Modo, quandoq; corripitur. Ejus com-  
positum, Quomodo, indifferentis est. Adverbia in  
o, longa sunt, ut: Merito falso, adeo tanto. Ge-  
rundia in o indifferentia sunt.

#### U.

U, longum est, ut: Cornu, veru.

#### B. D. T. M.

B, d, t, m, finientia, corripiuntur, ut: Ab,  
sub, apud, caput, scannum.

#### C.

C, finientia producuntur, ut: Dic, duc. Bre-  
via sunt: Lac, nec, donec. Hic pronomen indif-  
ferens est. Hic, adverbium producitur.

L, finientia corripiuntur. Excipe, Sol, nil. Et  
peregrina in el, ut: Michael, Daniel, producun-  
turi.

#### N.

N, finientia corripiuntur, ut: Lumen, amen,  
Ren, splen, lien, quin, sin, en, non. Et Graca ple-  
raq; ut: Titan, Paean producuntur.

#### R.

R in fine corripitur, ut: Viro, levir. Par cum

#### H.

com

## DE PROSODIA.

compositis. Nar, lar, cur, fur, ver producuntur.  
Sic & Græca in er, ut: Aer, aether.

A S.

As, finientia producuntur, ut: Aetas. Accusa-  
vivi plurales Græci, tertie declinationis, ut: Tro-  
adas, arcadas. Item, fœminina singularia, ejus-  
dem declinationis, ut: Pallas, Plejas, corripiuntur

E S.

In es pleraq, longa sunt, ut: Fides, famæ. Ex-  
cipe: masculina crescentia in obliquis, ut: Mi-  
les, hospes. Præter Paries, locuples, pes, sine suis  
compositis. Item, Brevia sunt. Es verbum, cum  
compositis. Et Græca pluralia in es, & singula-  
ria neutra, ut: Troades, cacoethes, corripiuntur.

I S. Y S.

In is & ys finientia corripiuntur, ut: Pisces,  
Thetys. Excipe: Nomina tertia declinationis  
genitivos in iis vel iris formantia, ut: Lis, glis,  
& vis. Et verba secunda persona presentis quar-  
ta conjugationis, ut: Audis. Sic Poësis & Vis  
cum compositis producuntur. Futura conjunctio-  
ni indifferentia sunt, ut: Dixeris, dederis.

O S.

Os longum est, ut: Ros, honos. Os oīs, compos-  
impos; Et Græca neutra, ut: Melos, chaos; Item,  
genitivi Græci, ut: Pallados, corripiuntur.

U S.

Us breve est. Monosyllaba, ut: Rus, pua, plus;  
Et fœminina crescentia in genitivis, ut: Tellus,  
salus, producuntur.

D 2

## DE PROSODIA.

I X.

### DE EXEMPLIO.

Cognoscitur quantitas syllabarum exemplis  
quoties de quantitate alicujus syllabe judicamus  
exemplo probatissimum Poëtarum, ut: Virgi-  
lij, Ovidij, Horatij, &c ut: Cano, priorem ha-  
bet correptam, quia sic è est usus Virgiliius.

Arma virumq, cano. Troja qui primus ab origine.

### DE VERSU.

Quid est Versus?

Est legitima pedum compositio.

Quid est Pes?

Est syllabarum comprehensio cum certa tem-  
porum observatione.

Quot pedes initio pueri observare debent?

Spondaum - - | Dactilum - u u

Trochaicum - u | Jambum u -

In quibus versibus est præcipuus,

horum usus?

In Hexametro, Pentametro, Phalacio, Sap-  
phico & Jambico.

Quid est carmen Hexametrum?

Est quod sex regionibus seu pedibus constat.

Quomodo componitur?

Prima quatuor regiones indifferenter recipi-  
unt dactylium vel spondaum, quinta constanter  
dactylium, sexta spondaum vel Trochaicum, sic:

1.	2.	3.	4.	5.	6.
- u u	- u u	- u u	- u u	- u u	- -

Panditur inter e a domus omni po tentis o lym

62

DE PROSODIA.

Cum Juno	- -	num ser	vans sub	- o o	- o
Musa mi	- -	hi cau	sas memo	- o o	- -

Quid est carmen Pentametrum?

Quod quinque pedibus seu regionibus constat.  
Quomodo componitur?

Prima duae regiones dactylum vel spondaum  
indiferenter recipiunt. Tertia & quarta da-  
ctylum tantum, manente in mediocesura longa  
in fine indifferenti, quibus conjunctis, efficitur  
quintus pes, spondens vel trochaea, quia ultima  
syllaba sunt solute legibus.

Quid est Cæsura?

Est syllaba unius post constitutum pedem ex  
dictione aliqua remansio, ut: Et genus & for-  
mam: mam est Cæsura.

Figura Pentametri carminis.

Vultus a	- o o	- o o	-	- o o	- o
Et cum	- -	fortu	na	- o o	- o
Res est	- o o	-	- o o	- o o	- o

Quid est Carmen Phalæcium?

Quod quinque regionibus constat, dicitur g̃,  
alias Hendeca syllabum.

Quomodo componitur?

Prima regio regulariter recipit Spondeum,  
secunda similiter Dactylum, sequentes duo Tro-  
chaea, quinta Trochaea vel Spondeum.

Figura Phalæcii carminis?

Vi-

DE PROSODIA.

Vitam	- o o	- o	- o	- o
Jucun	- o o	- o	- o	- -

Quid est Sapphicum?

Quod quinq; pedibus seu regionibus constat.  
Quomodo componitur?

Prima regio indifferenter recipit Trocheum,  
secunda Spondeum, tertia Dactylum, quartæ  
Trochœum, quinta Trocheum vel Spondeum.

Figura Sapphici carminis.

Recti	- o	- -	- o o	- o	- o
Semper	- o	- -	- o o	- o	- -

Quid est carmen Jambicum?

Jambicum (senarium) est, quod sex pedibus  
seu regionibus constat.

Quomodo componitur?

Prima regio promiscue recipit Spondeum,  
Jambum & Dactylum; secunda Jambum vel  
spondeum, tertia spondeum vel dactylū, quartæ  
regulariter jambum, quinta spondeum, jambū  
& dactylum, sexta jambum vel Pyrrichium.

Figura Jambici carminis.

Ibis	- -	o -	- -	o -	o o
Aman	- -	o -	- -	o -	o -

Sunt præterea multæ species carminis Jam-  
bici, sicut Philippus ex Camerario observat, sed  
haec magis sunt in usu, opera autem danda est, ne  
sit purum aut semipurum carmen Jambicum.

## DE PROSODIA.

### FIGURAE ORTHOGRAPHICAE.

Prosthesis, est litera vel syllaba ad principium dictionis additio, ut: *Gnatus*, *pro natus*, *Tethli*, *pro tuli*.

Epenthesis, est litera vel syllaba in medio dictionis impositio, ut: *Relligio*, *pro religio*. *Induperator*, *pro Imperator*.

Paragoge, est litera vel syllaba ad finem dictionis apposito, ut: *Dicier*, *pro dici*.

Hic contrariae sunt:

Aphæresis, est litera vel syllaba à principio dictionis ablativo, ut: *Linquimus*, *pro relinqui-*  
*mus*; *Pone*, *pro depone*.

Syntope, est litera vel syllaba è medio dictionis ablativo, ut: *Amâstis*, *pro amaristis*.

Apocope, est litera vel syllaba à fine dictionis ablativo, ut: *Fac*, *pro face*. *Duc*, *pro duce*.

### FIGURAE PROSODIACAE.

Synalephe, est vocalis in fine propter sequentem vocalem, in initio sequentis dictionis positam obliteratio, vel dissimulatio, ut:

*Non facile est aqua commoda mente pati.*

Ectlypsis, est consonantis mīcum sua vocali in fine dictionis elisio, sequenti vocali alia, ut:

*Audendum est*, *fortes adjuvat ipsa Venus*.

Syneresis, est duarum vocalium in unam syllabam contractio, priore in scansione absorpta, ut:

*Nostu amor Phedra nota est injuria Thesei*.

Diæresis, est vocalium ad unam syllabam pertinentium, in duas divisio, ut:

Omnē

## EXERCITATIO.

Omne quod instituet dissoluetur opus.

Thmesis, est unius dictionis in duas partes se-  
tio, ut: *Quæ me cunqu, vocant terra*.

Diplasismus, est eiusdem literæ geminatio,  
ut: *Troas*, *reliquias Danaum*.

Et de Prosodia hactenus.

## EXERCITATIUNCULA,

Quæ Tyronibus usus Præceptorum  
secundum singulas Grammaticæ par-  
tes monstratur.

## EXAMEN ETYMOLOGICÆ.

Discite justitiam moniti & non temnere divos.

Discite, In themate habet Disco. Est verbi  
partis: quia significat agere.

Verbum duplex: Personale & Impersonale.

Est verbum personale: Quia personarum va-  
riatem distinctis terminationibus recipit.

Verbum Personale iterum quadruplex: Sub-  
stantivum, Vocativum, Transitivum & Abso-  
lutm. Est verbum absolutum: Quia senten-  
tiæ absolvit sine obliquis.

Accidentia verbi.

Verbo accidentiale: Genus, Species, Tempus,  
Mod<sup>o</sup>, Numer<sup>o</sup>, Figura, Persona & Conjugatio.

Generis neutrius: quia in O definit, & as-  
sumta litera, latinum non est, ut: *Disco*, *disci-  
tur*, *non discor*.

Speciei primitiva: Quia aliunde non cadit.  
Tem-

64

## EXERCITATIO.

Temporis presentis: Quia actionem nunc geri significat.

Modi imperativi: quia eo in imperando utimur;

Numeri pluralis: quia de pluribus loquitur.

Figura simplicis: quia unica dictione constat.

Personae secundae: quia additur ei Pronomen secunda personae, ut: Vos discite.

Conjugationis tertiae, quia ejus character est breve, in penultima infinitivi, vocis activae, ut: discere. Et conjugatur ad Analogiam verbi Lego.

Justitiam, In themate est justitia. Est nominis partis: Quia rem significat.

Nomen duplex: Proprium & Appellativum. Est nomen appellativum: Quia multis convenit.

Appellativum nomen iterum duplex: Adjectivum & substantivum. Est nomen substantivum, quia ei non potest addi, Vir, mulier, mancipium.

### Accidentia nominis:

Nomini accidunt septem: Species, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus & Declinatio.

Speciei primitiva; quia ab origine seu priore non cadit.

Non comparatur, quia non est adjektivum.

Generis feminini, quia ejus nota est articulus hac. Per regulam: In latina prima declinationis feminina sunt.

Numeri singularis, quia unitatem significat. Figura simplicis: quia unica dictione constat.

Casus accusativi, quia eo utimur, cum personam aut rem verbo subjicimus.

Decli-

## EXERCITATIO.

Declinationis prima, quia ejus genitivus singularis in ædiphongum definit, ut: justitia, justitia. Et declinatur ad analogiam nominis Musa.

Moniti, habet in themate monitus, est participium, quia est nomine verbale significans tempus.

### Accidentia Participii.

Participio accidunt sex: Genus, Numerus, Figura, Casus, Tempus & Significatio.

Generis masculini, quia est prima vox Participij trium vocum.

Numeri pluralis, quia multitudinem significat.

Figura simplicis, quia à verbo simplici descendit. Casus vocativi, quia eo vocamus. (dit.

Temporis praeteriti, quia participia in eis, sus, xus, finta, sunt temporis prateriti.

Significationis passiva, quia descendit à verbo passivi generis, quod est moneor.

Declinationis secunde nominis, & inflebitur ad analogiam participij letus.

Et, est conjunction, quia superiori sententia a liam annexit. ( & Ordo.

Conjunctioni accidunt tria: Potestas, Figura Potestatis copulativa. Figura simplicis.

Ordinis Communis, quia in orationis ordine & preponi, & postponi solet.

Non est adverbium, quia adjektivum verbo, ejus actionis circumstantiam una voce effert.

### Accidentia Adverbii.

Adverbio accidunt quatuor: Species, Significatio, Comparatio & Figura.

Specie

65

## EXERCITATIO.

Specie primitiva, quia aliunde non cadit.  
Significationis negandi.

Non comparatur, quia non descendit à nomine adjectivo comparabili.

Figura simplicis, quia unica dictione constat.

Temnere, Thema ejus est temno. Est verbi partus, quia significat agere.

Verbum duplex: Personale & Impersonale.

Est verbum personale, quia personarum varietatem distinctis terminationibus recipit.

Verbum personale iterū quadruplicē: Substantivum, Vocativum, Transitivum & Absolutū.

Est verbum Transitivum, quia ejus actio transit in personam patientem.

Verbo accidunt octo: Genus, Species, Tempus, Mod⁹, Numer⁹, Figura, Persona & Conjugatio

Generis activi, quia in eo definit, & assumta litera facit ex se passivum, regitq; post se accusativum personā.

Specie primitiva, quia aliunde non cadit.

Temporū praesens, quia actionem nunc geri significat.

Modi infinitivi, quia certum numerum & personam per se non definit.

Numeri incerti, personae incertae per se, sed mutuantur numerum & personam, a verbo sibi addito, quod est. discite: respectu cujus est numeri pluralis, personae secunda.

Figura simplicis, quia unica dictione constat.

Conjugationis tertia, quia ejus character est breve, in penultima infinitivi, vocis activa, ut:

## EXERCITATIO.

temnere: Et inflectitur ad analogiam verbilego.

